BIBLIOTHECA
SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM
TEVBNERIANA

TIBVLLVS

EDIDIT

F. W. LEVY



LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TE BNERI

ALBII TIBULLI

ALIORUMQUE

CARMINUM LIBRI TRES

EDIDIT

FRIDERICUS WALTHARIUS LEVY



LIPSIAE IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI MCMXXVII



LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI

REINHARDO KLUGE

EBERSWALDENSI

PRAECEPTORI DILECTISSIMO

PIETATIS ATQUE AMICITIAE
DOCUMENTUM

PRAEFATIO

Corpus Tibullianum ex Luciani Muelleri temporibus in hac bibliotheca non editum apparatu vere critico instruendum anno 1913 suscepit Ricardus Buerger Guelferbytanus, qui inde ab anno 1901 elegiis Romanis iterum iterumque operam navavit. Qui ne quae sibi proposuerat usque ad finem perduceret, praematura morte impeditus est. Recte autem Buergerus fieri non posse, quin cum alii tum duo codices, Ambrosianum R. 75 sup. dico et Vaticanum 3270, quibus totum Corpus Tibullianum continetur, denuo excuterentur, cum sibi persuasisset, ipse in Italia libros illos manu scriptos inspexit et varias scripturas in margine exemplaris sui editionis Baehrensianae adnotavit. Cum autem Ambrosianum totum fere denuo contulerit, ex Vaticano nescio qua de causa non multas lectiones excerpsit. Quas Buergerus ad editionem parandam collegerat schedas, partim bibliotheca Guelferbytana hereditate accepit, partim ad Teubnerum, bibliopolam Lipsiensem, pervenerunt. Quo monente inde ab aestate anni 1922 hanc, quae nunc tandem in lucem prodiit, editionem curare coepi. Liberalitate eorum, qui bibliothecae Guelferbytanae tum praeerant, adiutus schedas Buergeri ad bibliothecam Berolinensem olim regiam missas exscripsi. Quibus cum operam darem, collationes neque satis amplas et multas scripturas accuratius explorandas esse celeriter cognovi. Quas lacunas ut explerem, contigit adiuvantibus compluribus v. d., quorum ex numero affero Ludovicum Castiglioni, qui auctore Georgio Pasquali Florentino Ambrosianum denuo inspexit et omnia, quae Aemilius Baehrensius minus recte adnotavit, cum diligentia correxit, Ferruccio Calonghi Genovensem, qui Tibullum in Corpore Scriptorum Latinorum Paraviano editurus non modo nonnulla ex schedis suis benigne mecum communicavit, sed etiam quaecumque de codicibus in ephemeride, quae „Rivista di Filologia" inscribitur, aliisque locis imprimenda curaverat [1]), in usum meum transmisit, Guilelmum Sievekingium Hamburgensem amicum, qui Vaticanum illum, quem supra commemoravi, denuo conferre non alienum a se putavit, Alfredum Giesecke, qui instituto Teub-

1) v. infra p. XXI.

neriano praeest. Qui codicis Vaticani priorem partem lucis ope depingi iussit et, ut ipse tabulas phototypicas iterum iterumque conferre possem, effecit. Quamvis autem diligenter codices excutiantur, tamen perraro fieri potest, ut ad contextus statum saeculo XIII. antiquiorem escendamus. Itaque ex singulis scripturis, quae apud antiquos grammaticos aut in codicibus mutilis vel in excerptis traduntur, quanta damna carmina perpessa sint et quam levibus elegiarum verbis fidendum non sit, elucet. Quisquis autem in bibliothecis meliores quam nunc habemus codices inventum iri sperat, is vanam imaginem sequi videtur. Omnes enim libri, qui nostra aetate innotuerunt[1]) — ipse duos Berolinenses[2]) qui fusius afferantur non dignos (Ms. Lat. Quart. 309 et Diez. B. Sant. 58) passim inspexi — vel ad eundem fontem redeunt atque Ambrosianus, Vaticanus, Berianus (de hoc v. infra p. XII sq.) vel ex uno alterove descripti solo interpolationum gradu inter se differunt. Neque etiam cod. Q(uirinianus) bibliothecae Brixianae (A. VII 7), de quo Calonghi egit in eadem „Rivista di Filologia e d' Istruzione classica“[3]), ceteris pluris aestimandus est; immo vero scatet vitiis et interpolationibus, quibus non modo multorum versuum ratio, sed etiam artis metricae et prosodiae leges gravissime violantur. Quorum ex numero paucas, quas in apparatu silentio praeterii, hic collegisse satis habeo: I 1, 74 imposuisse (i. m. m¹? inseruisse) 2, 67 amare 4, 84 ministeria 5, 19 fuisset 5, 43 niueisque 7, 14 rapidis 8, 56 falli. 10, 35 ultra pro infra videtur specimen interpolationis, quam Ludovicus Traube[4]) „christliche Interpolation“ nominavit, quod in eodem loco habendum est atque pura cum mente (pro veste) venite, quod excerpta Parisina II 1, 13 exhibent. Huc accedit alterum huiusmodi exemplum, quod in eodem Quiriniano invenitur III 10 (= IV 4), 16: casta (pro salua) puella tibi est. Neque tamen eum, qui hunc codicem scripsit, haud pauca vel per se recte correxisse vel ex aliis libris sumpsisse negabit, quicumque apparatum nostrum inspexerit. Cuius manuscripti ut saepius quam ceterorum vulgatam quam dicimus scripturam exhibentium mentionem facerem, eo adductus sum, quod quasi specimen et virtutes et vitia omnium recentiorum corporis Tibulliani codicum egregie docet. Similiter enim atque in plurimis Ovidii carminibus

---

1) cf. e. g. de cod. Magliabecchiano VII. 1053 Philol. Anz. X 182 sq. et Islerum, Ein cod. Corvinianus in der Hamburger Stadtbibliothek, Zentralbl. f. Bibliotheksws. I 444 sqq.
2) cf. p. XII¹. 3) XLV, 1917, 38—68. 208—239.
4) Vorlesungen und Abhandlungen II 67 sqq.

facere non possumus, quin has XV. saeculi exeuntis ut ita dicam retractationes quamvis caute adhibeamus. Namque pretiosae verae antiquitatis reliquiae, quas ne adgnoscamus praestantioribus testibus non suppeditantibus saepe impedimur, etiam in hos codices, qui siglo ς continentur, fluxerunt et hic illic dispersae extant. Quas a singulis scribis ex suis ipsorum coniecturis inventas esse parum verisimile est. Quo ex exemplari quaque via egregiae illae scripturae in libros deteriores pervenerint, ut pro certo affirmare non licet, ita primarium earum fontem cognosci posse persuasum habeo. Vix enim casu accidit, ut cum fragmento illo, quod a Iacobo Cuiacio nomen trahit (F), bis terve consentiant; cf. ad III 4, 66. 7, 40. 110. Huc addas velim III 4, 65, qui versus ab AV aliis omissus non modo in F, sed etiam in Corviniano, Vossiano tertio, Monacensi, excerptis Pucci et Perrei invenitur, III 7, 39 *nam quis te* F Ursinianus, excerpta Perrei, III 7, 71 *ore* F et Berol. 309, III 7, 96 *veniat gravis* F et Vossianus primus. Fragmentum autem ut ipsum deperiit, ita scripturae a Scaligeri manu excerptae in margine editionis Plantinianae 1569 Antverpiae in lucem editae, quod exemplar nunc in bibliotheca Leidensi est inter Lipsii libros quinquagesimus nonus, adnotatae sunt. Cuius de singulis lectionibus, quae omnes fere vera poetae verba exhibere videntur — sed cf., ut de paucis aliis iisque levibus scribae erratis taceam, miram illam interpolationem, quae in sextum Priapei I versum videtur irrepsisse — nolo hic fusius disserere neque repetere, quae ante me multi alii de hoc tam pretioso teste, quem ceteris codicibus plura carmina complexum esse ex Priapeorum lectionibus apparet, dixerunt.[1]) Nisi fortuna qua est invidia totum fere librum delevisset, corporis Tibulliani contextus longe alium praeberet aspectum.

Ex antiquis complures, quibus Tibulli ceterorumque poetarum carmina continebantur, codices usque ad medii aevi saecula servatos esse ut ex nostrorum librorum statu demonstretur, vix poterit fieri. Quodsi unum exemplar temporum iniquitates perduravit, cui regioni vel cui terrae Tibullus servatus debeatur, ut nemo non quaeret, ita vix unquam certis argumentis quisquam evincet. Atque inter omnes, qui corporis Tibulliani memoriae operam navaverunt, constat primum in bibliothecae Francogallicae catalogo quodam[2]),

---

1) cf. Hillerum mus. Rhen. XXIX. 1874, 97 sqq. Neue Jbb. 1883, 273 sq. Rothsteinium De Tibulli codicibus, Berolini 1880, 4 sqq. Magnum Burs. Annal. LI, 1887. II, 313 sqq. Postgatium in edit. praefat. V sqq. 2) cf. Hauptium Opusc. III 426.

qui saeculo IX. conscriptus est, „Albii Tibulli lib. II“ mentionem fieri. Fueritne in hac bibliotheca codex Tibullianus haud integer (sic Hauptius) an liber, quo carmina vere Tibulliana sola continebantur, quem per alios gradus prorsus ignotos ad ipsum poetam redire vult B. Maurenbrecher [1]), adhuc inter se certant viri docti, et est eo difficilius dictu, quod in excerptis Parisinis, quae dicuntur, i. e. in cod. Nostradam. 188 = Bibl. nat. ms. lat. 17903 s. XII. (**Pn**) et Thuaneo 7647 eiusdem saeculi (**Pp**), quibus etiam Vincentius Bellovacensis in opere, quod „Speculum doctrinale“ inscribitur, usus est [2]), ut liber I et II inter se separantur, ita in Nostradamensi Lygdami versus quasi „In eodem“, i. e. in libro II afferuntur et hexametri ex Panegyrico desumpti libro non addito adiunguntur. Cetera quoque recentiorum saeculorum testimonia admodum incerta sunt. Primum enim ne epistulae a R. Blondo magistro ad Petrum Bloisium amicum datae [3]) nimiam auctoritatem tribuamus, haud scio an recte monet Paulus de Winterfeld [4]); tum quod Ricardus Furnivalensis ca. annum 1250 Albii Tybulli librum epygrammaton [5]) commemoravit, vix quicquam certi concludi potest, cum habueritne ante oculos integrum Tibullum an florilegium excerptis Parisinis simile, cuius singulae partes parvorum epigrammatum spatium adaequabant, incertum sit. Quae cum ita sint, Tibullum in Francogallia ex oblivionis tenebris emersisse quis est qui pro certo affirmet? Quamquam Eduardum Nordenum in opere, quod modo commemoravimus (adn. [3]), haud pauca ad hanc opinionem probandam collegisse concedere non dubitaverim. [6]) Utut autem est, id quidem ex illis testimoniis elucet praeter Italos, de quibus paulo infra dicemus, quandam corporis Tibulliani vel Tibulli notitiam solos Francogalliae viros doctos habuisse. Quae enim aevi Carolini viri docti et poetae afferunt, non modo nullius fere momenti, sed etiam tam exigua sunt, ut Tibullum ipsum legisse non videantur. [7])

---

1) Tibullstudien, Philol. LV, 1896, 437 sqq.

2) Quo fit, ut Vincentii testimonium ut fontem derivatum ubique fere silentio praeterire liceat, praesertim cum cum P duobus vel tribus locis exceptis (cf. e. g. III 3, 12) prorsus congruat; cf. Leonhardum De codd. Tibullianis capita tria, Frib.-Monac. 1882, 15 sq.

3) cf. Nordenum Kunstprosa 718[2] et suppl.

4) Sched. crit. in script. et poet. Rom., Berol. 1895, 8 sq., cf. Weymannum Histor. Jahrb. d. Görres-Ges. XIX, 1898, 1002.

5) M. Manitius Philologisches aus alten Bibliothekskatalogen, mus. Rhen. XLVII, 1892, suppl. 31. 6) 691[1]. 724.

7) De Petro Grammatico v. R. Ehwaldium, Curae exegeticae,

Restat, ut quales Tibulli libros docti Itali ante oculos habuerint, quaeramus. Quorum primum testimonium iam Mauricius Haupt attulit.[1]) Guilelmus Pastrengicus, qui etiam Catullum Veronensem novit, in opere de originibus rerum conscripto (88b) hanc Tibulli mentionem fecit: „Osiris Aegyptiorum deus aratra primus apud Aegyptios fecit, terram ferro sollicitavit et inexperta semina commisit, poma ab ignotis legit arboribus, palis vitem adiunxit viridemque comam dura falce caedere docuit et ex matura uva suavis liquores expressit. Tibullus (I 7, 29—36) primus aratra manu" eqs. Tibulli autem versus unde sumpserit Guilelmus, Hauptius non quaesivit, quaesivit Lucianus Mueller in editionis praefatione p. V. Cuius responsum, quod mihi quidem „ab omni probabilitate abhorrere" videtur, apud ipsum legas velim, praesertim cum altera explicandi via quaerenti pateat: Guilelmus enim aut integro codice aut florilegio usus est. Quamquam autem versus ab eo allati in florilegiis vel excerptis, quotquot adhuc innotuerunt, non continentur, tamen nihil inde praepropere concludendum esse existimaverim. Accedit autem, quod versus illi per se quoque parum idonei videntur, qui in sententiarum librum recipiantur. Quam idonei non sint, quicumque eiusdem carminis versum 41, quem excerpta Frisingensia exhibent, legerit, facile concedet. Pastrengo autem prope Veronam sita est, qua in urbe saeculo XIV. Tibullum non iam ignotum fuisse pro certo scimus. In Floribus enim moralium auctoritatum, quod est opus anno 1329 Veronae compositum[2]), Tibulli versus ter afferuntur (I 4, 21. 22; 9, 3. 4; 23. 24. 27. 28), quorum in numero ei, quos Guilelmus habet, non sunt. Etsi igitur fieri non potest, ut ille in conscribendo opere flores usurpaverit, tamen nihil obstare, ne duo auctores ex eodem fonte hauserint, haud scio an dicat quis. Itaque denuo quaeramus necesse est, fueritne hic fons codex integer an florilegium. Si codex integer, recte dicit Sabbadini[3]) Veronae non solum Catullum, sed etiam Tibullum conservatum deberi. Sed valde timeo, ne vir ille doctus a vero aberraverit. Duos enim ex tribus illis locis etiam legimus in excerptis Parisinis, quorum identidem mentionem feci. Ubi tertium (I 4, 21. 22), quo falsum ius iurandum defendit poeta, omissum esse nemo mirabitur, qui hoc florilegium secundum honestatis rationes compositum esse secum reputaverit. Huc accedit, quod florum scripturae ut a codicum

---

Philol. XLVI, 1888, 639sq.; quod Paulus Diaconus „Tibulli Veronensis" mentionem facit, Albium cum Catullo videtur confudisse.

1) Opusc. I 276sq. 2) cod. Capitolare di Verona CLXVIII [155]. 3) Le scoperte dei codici latini e greci. Florent. 1906, 16.

integrorum lectionibus recedunt (cf. apparatum), ita cum excerptis mirum quantum consentiant; quin etiam non modo distichon I 9, 25. 26 in utroque teste deest, sed etiam inscriptio „Tibulus in libro de felicitate pauperis uite" eadem est. Excerpta autem Parisina ad syllogam et paulo antiquiorem et ampliorem redire nunc inter omnes qui codicibus Tibullianis operam dederunt constat. Inde sequitur, ut florum Veronensium auctor eandem florilegii recensionem exscripserit atque epitomator Parisinus. Cum autem Guilelmus Pastrengicus unum Tibulli locum ab omnibus excerptis alienum attulerit, haud scio an plenior sententiarum sylloga ei praesto non fuerit. Restat igitur, ut eum integri codicis inspiciendi occasionem nanctum esse credamus. Cuius de origine et ratione nihil constat. Attamen quendam probabilitatis gradum fortasse attingemus. Guilelmus enim cum Petrarca amicitiae vinculo coniunctus erat. Quamquam autem Petrarca solum Tibulli nomen attulit, tamen eum carmina quoque legisse ut non constat, ita verisimile est.[1]) Quodsi Petrarca codicem quo Tibullus continebatur habuit, quin carmina cum amico communicaverit, nemo dubitabit. Ubi autem Tibullum invenerit, in Italia an in Francogallia, quam post annum 1333 peragravit, prorsus incertum est. Si igitur Tibullum novit, id quod pro certo affirmare non ausim, unde codex Ambrosianus (**A**), quem supra commemoravi, originem trahat, fit perspicuum. Fuit enim hic codex Colucii Salutati Florentini, qui anno 1406 mortuus est. Quem magno cum studio auctorum antiquorum codices collegisse constat. Iam anno 1392 93 in epistula ad Zambeccarium (III 35 Nov.) data Tib. I 8, 31. 32 attulit. Quo fit, ut codex eius ante hunc annum (fortasse ex Petrarcae libro?) descriptus esse videatur. Cuius in prima pagina scriptum videmus „Carte XLVIII", quo signo Colucius codices suos numero mutato ornare solebat[2]), in ultima „Liber Colucij pyeri Cancellarij Florentini˘ (˘ addidit recentior manus). Cuius manum Ricardus Buerger, cum librum denuo inspiceret, passim adgnoscere sibi visus est: inveniuntur enim non solum in margine, sed etiam inter lineas permultae explicationes et emendationes (**A**[2]) sive verae sive falsae, quarum nonnullas Colucio deberi Buerger haud scio an recte cognoverit Cancellarii mortui bibliotheca dispersa est. Cuius nonnullos codices Nicoli Florentinus sibi comparavit, in his Tibulli librum. Nunc vero numeratur inter codices bibliothecae Ambrosianae, ad quam cum aliis libris manu scriptis ex Hannibalis Lomenii manibus pervenit. Quem Mediolani primus Aemi-

---

1) cf. Hauptium l. l. 277.
2) cf. Halium, Herm. XXXIV, 1899, 137.

lius Baehrens, cum novam corporis Tibulliani editionem praepararet, adhibuit et, quamquam festinanter et parum accurate contulit, de recensione bene meritus est. Erravit igitur Carolus Lachmannus, qui in editionis praefatione[1]) persuasum se habere pro certo affirmat nunquam certiores vel praestantiores testes quam quos ipse adhibuerit inventum iri. Codex est membranaceus (23 × 17) constans 48 foliis, quorum ultimum vacat, cetera vicenos binos versus complectuntur. Scriptus est minusculis litteris et continet nihil nisi corpus Tibullianum. Scriba videtur operam dedisse, ut librum quam diligentissime exararet. Quo fit, ut rasurae cautissime factae non facile cognoscantur.

Quo Ambrosiano paulo recentior (s. XV in.)[2]) est Vaticanus 3270 (**V**), quem idem Baehrens primus quamvis obiter collatum adhibuit. Continet Corpus Tibullianum (p. 1—37) et Remedia amoris, sed excidit fol. 18, in quo scripti erant vs. II 2, 20—3, 49; quos rec. m. supplevit. **V** et **A** inter se tam similes sunt, ut ambos arto propinquitatis vinculo inter se coniunctos esse prima facie appareat. Quae cum ita sint, quis miretur Ricardum Buergerum in adnotationibus suis, quas de Vaticano colligere coeperat, hunc ex Ambrosiano descriptum neque primariis fontibus addicendum esse contendisse? Iam multo ante Buergerum complures v. d., qui codicibus Tibulli explorandis operam dederunt, hanc sententiam breviter impugnasse satis habeo commemorare.[3]) Atque ego utriusque libri lectionibus iterum iterumque perpensis a me impetrare nequivi, ut ad Buergeri sententiam accederem. Quodsi Buerger recte iudicavit, Vaticanum reicere non dubitabimus, si minus, exiguas opes criticas non diminui gaudebimus. Sed videamus singula: Primum enim ut litterae u et n, iu et ui, m et in et ni, c et t, c et e in utroque libro persaepe inter se confunduntur[4]), ita is, qui Vaticanum scripsit, non semper eodem modo erravit quo qui Ambrosianum: cf. I 8, 31 leuia **A**, lenia **V**; 9, 65 at **A**, aut **V**; III 7, 170 huic **A**, hinc **V**. Tum autem Buerger cum **A** conferret, ad III 6,59 fug$\overset{e}{\mathrm{i}}$t adnotavit litteram e a Colucio supra lineam adnotatam esse

1) Berol. 1829, V sq.

2) A. Zingerle, Kl. Philol. Abhandl. I 28, Ztschr. f. ö. G. 1879, 345.

3) cf. Rothsteinium l. l. 60 Leonhardum 60 sq. Illmannum De Tib. cod. Ambros. auctoritate, Hal.-Berol. 1886, 30 sq. Magnum Burs. ann. LI, 326.

4) cf. e. g. III 5, 29 nobis — uobis; I 1, 64 iuncta — uincta; III 7, 73 in ore — more; III 13, 8 nemo — uenio; I 3, 63 ac — at; I 5, 16 creme — triuie; III 4, 47 euique — cuique; I 5, 2 ſortis — fortis; III 19, 23 conſidam — confidam.

et Vaticani scribam cum aliis locis tum hic Colucii emendationum rationem habuisse. Unde fieri, ut in **V** fugiet legatur. Sed hic quoque aliis locis collatis ne Buergerum sequerer adductus sum. Etenim I 8,41 habet **A** iuuentas, **A**² s litteram expunxit, in **V** autem iuuentas exstat. Nolo autem huic loco nimiam auctoritatem attribuere, cum sitne s m¹ an m² non prorsus constet. I 3,82 lentas, i. m. m. paulo recentiore, quam Colucii fuisse Buerger censet, lentus **A**, lentas (a ex u corr.) **V**. I 3,90 uidear **A**, uidear (ał ar ssc.), sed corr. ex uideas **V**! I 4,53 cũ **A**, cum corr. in tum et ssc. l' ał tũ **V**! I 2,54 hecate **A**, echatę **V**, I 2,55 Hec **A**, Nec **V**, corr. **V**²! Ex I 4,44 annutiat **V**, amiciat **A** elucet eum, qui Vaticanum scripsit, quid exemplar habuerit non dispexisse. I 5,32 arboribus **A**, ab oribus **V**, corr. **V**², II 1,36 celicibus **A**, cilibus **V**; cf. etiam apparatum ad III 7,60. Quae cum ita sint, etiam III 6,59 Vaticani auctorem **A** ante oculos non habuisse persuasum habeo, idque eo magis, quod in Berolinensi 309 quoque, quem supra commemoravi, fugiet legi. Qui liber quamquam passim fere et Ambrosiano et Vaticano simillimus est, ex neutro depictus esse videtur.[1]) Immo vero commune Ambrosiani et Vaticani exemplar (**O**) identidem descriptum esse praeter hunc Berolinensem, qui ad recensionem ipsam nihil prodest, docet codex Berianus bibliothecae Genuensis, quem F. Calonghi contulit.[2]) Codex est membranaceus saec. XV. (1430—1450) constans fol. 82 (23,5 × 16,8). Continet corpus Tibullianum (fol. 1—37, sed fol. 14 et 23. 24 cum vers. I 8,52—9,21. II 5,6—101 exciderunt) et Catullum. In unaquaque pagina 25 versus scripti sunt. III 18, quod in **AV** bis, et suo loco et post III 6,64, traditum est, exhibet post Lygdami elegiam non integrum, sed desinit post vs. 3; vita Ambrosiani Vaticani al. deest. Dignus est, qui ad archetypum **O** restituendum iuxta **A**¹ ponatur. Interpolationibus et correcturis, quarum nonnullae bene cesserunt, non vacat. Quae multo rarius occurrunt quam in ceteris iis-

---

1) cf. hasce codicis lectiones ab **AV** recedentes: I 2,37 neu 5,76 nat in nam vid. corr. 7,6 euinctos 7,35 stipores 7,61 agricola | magna! 9,19 Diuitijs 10,39 Qm̃ 10,49 bidens II 1,24 deſtruet añ caſtis 25 om. 58 hircus dux pecoris auxerat hircus oues. 3,53 gerat cum Italis 78 uiuet 4,10 uasti 33 uicta est 40 partas 5,20 captos III 3,28 auersa cum Italis 4,4 ĩ uotis 9 et uatum mẽtes! 63 Et 65 dominae fera verba minantis IV 1,18 dictat 19 arce 26 oẽ camene (cf. 24) 27 Hec tibi nec 40 hic aut hic tibi! 70 ter gemine nâtẽ 71 ore! 84 neruos 87 ut 91 at 127 Nullas hec aeres 165 hĩc 170 hinc (cum **V** contra **A**) 199 libia.

2) Il codice Beriano di Tibullo, Atti della Reale Accademia delle scienze di Torino 1915—1916, LI, 1229—1252; 1431—1463.

que recentioribus saec. XV. libris; cf. e. g. I 1,12 florea 2,37 neu..neu 39 si quid 3,14 despiceretque 25 dum (recte) 79 lumina 4,32 precor 69 impleat II 4,1 hic (recte) 33 si pretium (leviter erravit) III 3,24 at (recte) III 7,91 at 110 et alpinis 169 labitur. Ex I 8,41 iuuentas *Ber.*, iuuentaṣ **A** elucet libri auctorem **A**^{2} non novisse, ex I 10,49 Ambrosianum ipsum ei ut exemplar praesto non fuisse; cf. enim uidens > nitens uomer uiderit **A**, nitens > bidens uomer$^{q;2}$ uiderit, i. m. m^2 uigent **V**, bidens uomer$^{q;2}$ u$^{r^2}$ident *Ber.* Quem ne ex Vaticano quidem fluxisse cum haec varia scriptura tum carminum inscriptiones docent, in quibus *Ber.* plerumque cum **A** congruit, cum **V** haud pauca non sine aliqua licentia mutavisse videatur; cf. apparatum ad I 5. I 10. II 1. III 1.

Interpolationum gradu et ratione etiam **A** et **V** inter se differunt: is enim, qui **V** scripsit, sive **O** ipsum ante oculos habuit sive haud recta via ad archetypum redit, quae in fonte scripta erant, non semper cum pietate servavit: cf. I 5,27 fructibus, II 1,25 celestibus, 1,67 greges, II 5,112 repperisse. Quod contra fit ab Ambrosiani auctore, de quo F. Jacoby recte iudicavit[1]) „die Annahme selbständiger Interpolation in **A** ist unzulässig". Scriba enim abbreviationes et ligaturas in archetypo usurpatas non modo magna cum fide depinxit, cum in **V** haud raro falso dissolvantur (cf. I 2,5 nre **A**, nunc **V**; 3,38 uetıs̃ **A**, ueteris **V**; 10,39 Q $\overline{m}$ **A**^{1}, Quin **V**), sed etiam verba archetypi passim lacunis abundantis intacta reddere quam suis ipsius coniecturis depravare maluit; cf. e. g. ad II 4,10; III 7,55. Attamen aequum est concedere ne Vaticani quidem librarium in lacunis explendis graviter peccasse; cf. quae ad III 11,16 adnotavi. Complures versus in archetypo iam excidisse[2]) inter omnes constat; quas lacunas neque **A** neque **V** expleverunt, quin etiam ne indicaverunt quidem.[3]) Quod Hugo Magnus ante hos quadraginta annos librario **A** crimini dandum esse censuit[4]), quod haud pauca ipse mutaverit, de omnibus locis, quos ille ad sententiam firmandam attulit, aliter iudico. Quos omnes hic tractare et longum et supervacaneum est, praesertim cum ex illis temporibus haud paucae aliorum codicum velut Beriani Brixiani Berol. 309 al. lectiones innotuerint, ex quibus, quid in archetypo fuerit, melius elucet. Quae cum ita

1) B. ph. W. 1909, 1467.

2) cf. post I 2,25; II 3,14a, 75; III 4,65.

3) indicavit m^2; in Beriano post I 2,25 Aurispae versus insertus est; ceteras lacunas librarius reliquit intactas.

4) Burs. ann. LI, 323 sqq.

sint, omnes eaeque non paucae interpolationes, quae in Ambrosiano exstant (cf. e. g. I 1, 2 III 7, 96), librarii **O** culpa invaserunt. Hunc codicem iam explicationibus marginalibus instructum fuisse ex eis cognoscitur, quae ad III 7, 55 adnotavi, quae hic repetere nolo; varias quoque lectiones eum exhibuisse neque affirmare neque negare ausim. Nonnullae enim librorum variae scripturae eiusmodi sunt, ut utraque ex archetypo desumpta esse videatur: I 3, 13 numquam **A** Berianus **c**[1]), nusquam **Vc**[2]**d**[1]) **Q**, nusquam vel quicquam **y**.[1]) Nusquam in interpolationibus numerandum esse vix crediderim, immo vero a probabilitate abhorrere non videtur in archetypo iuxta *numquam*, quod est ultimum versus verbum, in margine s adscriptum fuisse, quae littera ut describentis oculos effugeret, facile fieri potuit. Similiter res videtur se habere I 3, 29 ut **AV**[1] *Ber.* **B**[1]), et **V**[2]**y C**[1]) **g**[1]); ubi haud scio an iuxta *ut,* a quo verbo versus incipit, e littera adscripta fuerit. Sed sunt haec vestigia tam exigua, ut nihil certi ex iis concludendum sit. Itaque hac quaestione in dubio relicta ceteros codices, quos aut adhibui aut breviter attuli, paucis perstringam. Ex illis libris manu scriptis, quos Lachmannus usurpavit, Parisinus 7909 scr. a. 1423 (**B**), postquam **A** et **V** in lucem prodierunt, plane abiciendus est. Cuius ex lectionibus nihil nisi II 5, 23 *firmaverat,* quod Rothsteinius in dissertatione ut in contextum non recipi iussit[2]), ita elegantissimam emendationem iudicavit, dignum est, quod commemoretur; quas Magnus l. l. 328 enumeravit, in compluribus aliis codicibus inveniuntur. Eodem modo quo de **B** iudicandum est de Guelferbytano ms. Aug. 82, 6 fol (**g**), quem Baehrens olim omnium praestantissimum existimavit. Quem haud parvo egregiarum emendationum numero, quas codicis librarius aliunde sumpsit, deceptum esse post Rossbergium, Fleckeis. ann. 1879, 71 sqq. Rothsteinius optime cognovit[3]) idemque multa ex excerptis Parisinis librarium hausisse perspexit, tum Fridericus Leo, qui codicem photographice edidit, probavit.[4])

Ex ceteris codicibus, quos Lachmannus in editione praeparanda respexit, nunc quoque liber Eboracensis a. 1425 scriptus vel potius libri deperditi[5]) collatio Heinsiana[6]) digna est, quae accuratius inspiciatur (**y**). Atque librum ipsum Heinsius cum editione Mureti contulit, qui Tibullum bis, et 1558 et 1562, edidit. Utra autem editione Heinsius sit usus, incertum

---

1) De his codd. cf. infra et p. XV. 2) p. 64. 3) l. l. 67 sqq.
4) Codd. Graeci et Latini photogr. depicti, tom. XIV praefatus est F. Leo, Lugd. Batav. 1910. 5) cf. Rothsteinium l. l. 40[1].
6) Ms. Diez. B. Sant. 55 d. f. 15—24, contulit H. Belling, Quaest. Tib., Berol. 1894, 21 sqq.; denuo inspexi.

est neque Lachmannus recte fecit, quod fieri posse negavit, ut editio prior Heinsio praesto fuerit. Quodsi compluribus locis alteram manum (y²) distinxit, prima cum Mureti editione congruisse videtur. Identidem autem ille ex Eboracensi varias scripturas (e. g. I 3, 13) attulit, de quibus quid sentiamus ambiguum est, praesertim cum eum non semper accuratam diligentiam adhibuisse constet. Potest enim fieri, ut duplices illas lectiones iam ex exemplari transsumpserit librarius, potest etiam, ut vel prima (cf. III 4, 9) vel altera manus posteriorem vel addito adscripserit. Quarum ex numero ad hanc quaestionem diiudicandam magni momenti est I 3, 24 aera vel sistra, cum sistra ex Ovidi Amorum III 9, 34 interpolatum videatur. Eboracensem autem ipsum complures recentiorum librorum auctores in scribendo adhibuerunt. Quibus addicendi sunt tres codices, quos Lachmannus indagavit, **W**ittianum dico nunc deperditum, quem Broukhusius in margine editionis Gryphianae (1551) contulit (**c**), Datanum Berol. Diez. B. Sant. 39 b (**d**), Askewianum Berol. Diez. B. Sant. 21, quorum cum singuli pro nihilo sint habendi [1]), perraro v. scr. attuli; de consensu eorum autem, cui pretii plus attribuendum est, paulo infra breviter dicam: I 3, 26 succubuisse **y** et **d**, 4, 55 mox **y** interpolate et **c**, 5, 16 nouem circum nocte **y**, circum **c**; 7, 3 equitanas **y** et **c** recte; III 4, 9 et uarium uentura vel metuens **y**¹, uanum uentura **y**², uanum **e**, metuens **d**, uentura adscr. al add. **c** III 6, 49 nulla fides ueneri **y**², inerit ed. Mureti 1558 (= **y**¹?), nulla fides meritis, i. m. inerit **e**! Omnibus his exemplis satis, puto, demonstratum est Eboracensem, quod ad contextus historiam attinet, non sine ullo momento fuisse. Qui ipse haud scio an ex **O**, i. e. ex communi Ambrosiani Vaticani Beriani Brixiani al. fonte, non fluxerit, sed per alios gradus ignotos ad archetypum antiquiorem videtur redire; cf. imprimis, quae ad I 3, 4 in apparatu adnotavi. Quo in libro perpendendo ne id quidem velim neglegas, quod cum **AV** *Ber.* post III 7, 112 versum genuinum *namque senex longae peragit dum tempora vitae* qui in multis codd. recentioribus deest, recte conservavit.[2])

Codicum **cde** consensui (**C**) Lachmannus suo iure aliquantum auctoritatis addidit. Qui si illos ex uno fonte derivatos esse recte cognovit, id quod nullus dubito, concedendum est librarium C haud paucas corruptelas aut ipsum egregie sanavisse aut cum saepe cum **V**² et **Q** consentiat, aliunde emendationes sibi comparavisse: cf. I 1, 19 felicis, 1, 24 clamet, 1, 54 hostiles, 9, 35 eriperes, 10, 68 perfluat, II 4, 40 partas, 5, 95 operata, III 7, 37 potior. Ad Vaticanum alioquin propius

---

1) cf. Leonhardum l. l. 40 sq. 2) Bene Rothsteinius 57.

accedit quam ad Ambrosianum, quamquam ne ab hoc quidem nimis longe distat, utpote qui ex eadem familia sit ortus: I 10, 12 tremente, quod V^2 ssc., etiam in **C** legitur; II 1, 22 ingeret **A** *Ber.*, ingerat **VCy**; II 2, 19 uincula quae et maneant **VC**; II 5, 112 repperisse **V**, repperisse **C**. Quos libros inter se comparantibus nobis apparebit in **C**, qui **V** recentior videtur fuisse, corruptelas et interpolationes aeque atque in **Q** multo graviores inveteravisse, quamquam ne Vaticani quidem librarium novandi cupidini imperavisse supra dixi: I 4, 4 nec, 7, 23 possum, 8, 1 amoris, 10, 12 tremente; II 1, 20 segnior, 1, 25 herbis, 5, 93 vigilare, 5, 96 unda, 101 hic] et, 6, 2 ferat, 6, 11 loquenti; III 7, 93 cursu, 7, 97 cita] uelit, 7, 134 purior.

Sententiam a Rothsteinio prolatam, qui ubicumque **C** et **y** contra **A** inter se consentiunt, in illis archetypi lectiones certius quam in hoc servari iudicavit, cum iam H. Magnus[1]) iustis causis impugnaverit, non habeo, quod singula argumenta repetam. Sed ne ad Magni quidem sententiam, qui in **C** nonnulla verae antiquitatis vestigia detegere sibi visus est[2]), accedere animum induxi, sive quod ille non semper accuratam lectionum notitiam habuit — III 4, 63 illis cum **C** etiam **AV** *Ber.* exhibent, ut de illi[illegible] **g** taceam — sive quod quas pro genuinae vel primariae memoriae reliquiis habuit scripturas, equidem interpolationes esse existimandas mihi persuasi: cf. quae ad I 4, 37 et II 5, 98 adnotavi. Neque etiam I 1, 54 **C** archetypum maiore cum fide reddit ceteris codicibus. Cum enim **AV** *Ber.* **y**[3]) inter se consentiant, exiles non modo in **O**, sed etiam in antiquiore archetypo, ex quo etiam **y** fluxit scriptum fuisse et in V^2y^2[3]) **C** recte emendatum esse apparet. Quae cum ita sint, Lachmanno et Rothsteinio **C** ad alium ac **AV** archetypi apographum redire, quin etiam fortasse „ex ipso archetypo descriptum esse"[4]) non concedo.

Codicibus integris vel mutilis, quibus totum corpus Tibullianum continetur, examinatis, restat, ut excerpta, quae dicuntur, paucis perstringamus. Quorum recentissimam syllogam dico Parisinam iam supra[5]) commemoravimus. Cuius auctor quid in colligendo sibi proposuerit quibusque de causis haud raro poetae verba de industria mutaverit, Rothsteinius bene et copiose disseruit.[6]) Quae apud ipsum velim legas. Hanc syllogam cum florum Veronensium exemplari ita coniunctam esse, ut ex uno eoque integriore et ampliore fonte derivati sint, supra[7]) cognovimus. Subest igitur antiquior

1) Burs. ann. 329 sq. 2) l. l. 331 sq.
3) Cum y etiam Berol. 309 consentit: exiles l. m. m^2 hostiles.
4) v. Rothsteinium 54. 5) cf. p. VIII sq.
6) l. l. 25 sq. 7) cf. p. IX sq.

excerptorum recensio, quae haud scio an saec. X confecta sit. Accedunt enim aliae syllogae, quae praeterquam quod contextum minus depravatum conservaverunt, ad eandem recensionem antiquiorem redeunt. Quae ipsa quin ex eodem atque O archetypo fluxerit, nemo puto dubitabit, qui hasce lectiones inter se contulerit: I 8, 11 genas ς, comas **PAV** *Ber.* **y**, 10, 36 turpis ς, paupis vel pup(p)is **PAV** *Ber.* **CQ**, III 7, 103 seu iunctum **O**, seu uinctum **P** pro seiunctim; III 7, 84 uernos **A**, nernos **V**, neruos **P***Ber.* Contra Eboracensis scripturae, quantum ex parvis libri reliquiis videre licet, in **P** perraro aut nusquam fere inveniuntur, ita ut **y** per alios rivulos ex archetypo fluxisse denuo appareat. Ad illam antiquiorem, de qua dixi, syllogam et cognoscendam et restituendam haud parvo usui sunt excerpta Buxheimiana, cod. Monac. lat. 29110a, fol. 3r, s. XI., quae F. Vollmer olim Monacensis in meum usum inspexit. Continet haec pagina valde detrita post inscriptionem „Incipiunt prouerbia tibulli" 18 versus vel versuum fragmenta, in his 14 pentametros. Sequuntur „prouerbia claudiani minoris" et Ovidii. Qua sylloga I 8, 61 Italorum emendatio *prosunt*, quam rectam esse iam antea constabat, confirmatur. Interpolationibus non magis vacat quam **P** (I 5, 60 amans), neque vero excerptorum auctor in eligendis et mutandis versibus eodem modo religionis christianae postulatis indulsit quo Parisinorum neque id egit, ut hominum mores corrigeret; sin aliter, e. g. I 8, 56 non recepisset. Quod I 8, 56 fallere sepe deus et I 8, 63 surgit et ex ipso seua puella thoro a ceterorum librorum scripturis recedit, diu haesi, utrum Buxh. an **O** sequerer. Quamquam enim *posse* verbum et post alterum infinitivum et ante ultimam enuntiati vocem positum saepe apud Tibullum invenitur (cf. I 2, 62. 6, 12. 9, 76; paulo aliter I 2, 66. 3, 27), tamen III 4, 66 — cf. apparatum — ne **O** nimis confidamus monemur. Altero quoque loco ut *et* inversum bene rationi Tibullianae respondet [1]), ita fugere aliquanto acutius et sermonis amatorii proprium est.[2]) Utut autem est, excerpta Buxheimiana ad Parisina recte diiudicanda magni momenti sunt. Accedit, quod complures versus continent, qui et in **P** et in excerptis Frisingensibus, de quibus infra dicam, desunt: I 1, 22 5, 58. 60 6, 30 8, 19. 41. 42. 56. 61. 62. In Fris. solis desunt I 1, 70 4, 18 9, 4. 24. Duo versus et in Buxh. et in Fris. insunt, quas **P** omisit: I 7, 41 9, 18. Inter primariam syllogam, Fris., Buxh., **P** complura apographa, de quibus nihil constat, intercessisse inde ap-

---

1) cf. Hauptium Opusc. I 122.
2) cf. Nordenum Aen. VI² 255.

paret, quod ordo versuum eo magis perturbatus est, quo quaeque recensio posterioribus medii aevi saeculis orta est.


Excerpta Frisingensia, quorum de ratione Rothsteinius bene egit[1]), nunc Monac. lat. 6292, fol. 117r—118r, saec. X/XI, idem F. Vollmer in meum usum contulit. Quorum de praestantia Lachmannus mirum quantum erravit.[2]) Cum **O** necessitudinem quandam intercedere docet III 4,66 seuus amor docuit uerbera posse pati, ubi recte **F**: uerbera saeua pati. Accedit, quod III 4, 65 qui in **O** defuit, ne in *Fris.* quidem receptus est.[3]) Ex Rothsteinii observationibus[4]), quas hic repetere supersedeo, non minus quam ex exemplis paulo infra prolatis haec excerpta aliam ac *Buxh.* et **P** primariae syllogae recensionem reddere intellegitur; cf. enim I 1, 2 multa *Fris.* = **P**; magna **AVC** I 1,5 uita *Fris.* = **P**, uite **AVC**; III 6,52 ite a me seria uerba precor *Fris.* = **AVC** = **O**; III 3,22 non opibus mentes hominum curaeque leuantur

nam (nec *Fris.*) fortuna sua tempora lege regit:

hominum *Fris.* = **P**, homini **AV**

gerit *Fris.* = **AVC**, regit **P**

Excerptorum et librorum necessitudinem hoc stemmate aliquatenus illustrari puto:



Restat, ut Eduardo Fraenkelio Kiliensi gratias agam quam maximas. Qui non modo omnes plagulas usque ad finem mecum correxit, sed etiam non pauca de suo addidit, quae laeto animo in contextum vel apparatum recepi.

Dabam Berolini d. XV. m. Sext. MCMXXVI.

FRIDERICUS WALTHARIUS LEVY.

1) l. l. 16. 2) Kl. Schr. II 146. 3) cf. Leonhardum 53. 4) l. l. 18.

CONSPECTUS CODICUM

EXCERPTA

Fris. = Exc. Frisingensia, Monac. lat. 6292 fol. 117^r—118^r, s. (X)/XI, cont. Vollmer

Buxh. = Exc. Buxheimiana, Monac. lat. 29110^a fol. 3^r, s. XI, cont. Vollmer

Pn = Exc. Parisina, cod. Nostradamensis 188 = Bibl. nat. ms. lat. 17903, fol. 25^v, s. XII ex., cont. Wölfflin et Meyncke

Pp = Exc. Parisina, cod. Thuaneus 7647, fol. 66^v—67^v, s. XII, cont. Meyncke

P = consensus codicum Pn et Pp

CODICES

a) MUTILI

F = fragmentum Cuiacianum deperditum: incip. III 4, 65; cont. Scaliger

y = cod. Eboracensis deperditus, scr. a. 1425, cont. Heinsius Berol. Diez. B. Sant. 55d, pag. 15—24, collationem publici iuris fec. Belling; denuo inspexi

b) INTEGRI

A = cod. Ambrosianus R. 26 sup. membr. Cont. Corp. Tibull., s. XIV, cont. Bürger, Calonghi, Castiglioni; nonnulla ipse ex tabulis phototyp. contuli

V = cod. Vaticanus 3270 membr. Cont. Corp. Tibull et Ovidi Rem. am.; deest fol. 18 (II 2, 20—3, 49), suppl. rec. manus. Cont. Bürger, Calonghi, Sieveking, ego ex imaginibus lucis ope expressis

Ber. = cod. Berianus Genovensis D bis — 11 — 6 — 51 membr. Cont. Corp. Tibull. (fol. 1—37, sed desunt 14. 23. 24 (I 8, 52—9, 21; II 5, 6—101), et Catullum (fol. 38—82), saec. XV. Cont. Calonghi

c = cod. Wittianus membr. deperditus; cont. Broukhusius i. m. edit. Gryphianae 1551, saec. XV

d = cod. Datanus chart. Berol. Diez. B. Sant. 39 b., saec. XV. Cont. Lachmann

e = cod. Askewianus chart. Berol. Diez. B. Sant. 21, saec. XV. Cont. Lachmann

C = consensus cod. cde

ς = codices lectionis vulgatae permulti, quorum ex numero paucos hic illic e. g. nominatim attuli, saec. XV:

Berol. = cod. Berolinensis Ms. Lat. Quart. 309 scr. a. 1451. Contuli

Cuiac. = cod. Cuiacianus, liber Iac. Cuiacii, nunc inter libros S. Alleni. Cont. Postgate

Q = Brixianus, Quirinianus A. VII 7. Cont. Calonghi

Voss. 5 = Vossianus Leidensis Lat. Oct. 13 chart.; de hoc et quattuor aliis Vossianis v. Calonghi, Riv. di Filol. 45, 1917, 38 sqq. 42[1]. 68[1]

g = Guelferbytanus MS. Aug. 82, 6 fol. Cont. Loewe, phototypice ed. Leo

h = Harleianus 2574; cf. ad Voss. 5

EDITIONES

Plant. = Editio Plantiniana Antverp. 1569 typis impressa

Reg. = Editio Regiensis 1481

CONSPECTUS NOMINUM ET LIBRORUM

Baeh. = Baehrens
Belling, Quaest. Tib., Progr. Berol. 1894
—, Albius Tibullus, Berol. 1897; cf. Leo G. G. A. 1898
Bürger = R. B., De Ovid. carm. amat. inventione et arte, Brunsvig. 1901
— *Χάριτες* = Beiträge zur elegantia Tibulls, *Χάριτες* für Leo, Berol. 1911, 371—394
Calonghi, F., Il codice Beriano di Tibullo, Confronti e Osservazioni, Atti della Reale Academia delle scienze di Torino 1915/16
—, Il codice Bresciano di Tibullo, Riv. di Filol. XLV, 1917, 38—68. 208—239.
—, Tibulliana I—III, Riv. di Filol. XLVI, 1918, 99—107. 226—240; XLVII, 1919, 223—240
—, Marginalia, Misc. Pandiani, Genuae 1921
—, Intorno al testo Tib., Atti della Soicetà Ligustica di Scienze e Lettere III, Pavine 1924
Cartault, A., Tibulle et les auteurs du Corpus Tib., Paris. 1909; cf. F. Jacoby, B. ph. W. 1909, 1460—1472
Deutsch, Monroe E., Notes on the text of the Corpus Tib., Univ. of California Public. in Class. Phil. 1912, II, 9, 173—226
Ehw. = Ehwald
Hammer, J., Prolegomena to an edition of the Panegyricus Messallae, Columbia Univ. Press, New York City 1925
Illmann = Ph. I., De Tib. cod. Ambros. auctoritate, Diss. Hal. 1886
Jacoby, F., Zur Entstehung d. röm. Eleg., Rh. Mus. LX, 1905, 38—105
—, Tibulls erste Elegie, Rh. Mus. LXIV, 1909, 601—632; LXV, 1910, 22—87
Lachm. = Lachmann
Leo, Unters. = F. L., Philolog. Unters., herausg. v. Kießling u. v. Wilamowitz-Moellendorff II, Berol. 1881
Leo, Codices Graeci et Latini photographice depicti XIV, Lugd. Batav. 1910
Leonhard = R. L., De codicibus Tib. capita tria, Diss. Frib.-Monach. 1882
Marx, F., Realenzyklopädie d. class. Altertumsw. s. v. Albius 12 (I 1319 sqq.)
Marx = Moloss. u. bakch. Wortformen in d. Versk. der Griechen u. Römer, Abhandl. d. Sächs. Ges. d. Wiss. XXXVII, 1922

Némethy, G., Addenda comment. ad carm. Tibull., Budap. 1924
Ohlsen = O., Properz u. Tibull, Comment. Gryphiswaldenses 1887, 27 sqq.
Port, W., Die Zeit der Herausgabe v. Tibulls erstem Buch, Philol. LXXXI, 1926, 464—468
Postg. = Postgate
Reinert = A. R., De Tib. eleg. prima cum aliorum poetarum laudationibus vitae comparanda, Diss. Ien.-Weidae 1914
Rothst. = M. Rothstein, De Tib. codicibus, Diss. Berol. 1880
Scal. = Scaliger
Schulze, K. P., Beiträge zur Erkl. d. röm. Eleg. I. II, Progr. Berol. 1893. 1898
Schuster = M. Sch., Zu den Gedichten der Sulpicia, Mitteil. d. Vereins klass. Philologen zu Wien I, 1924, 19—29
Stehle = R. St., De Tib. puri sermonis poetici cultore, Diss. Argent. 1886
Streifinger, De syntaxi Tib., Diss. Wirceb. 1881
Troll = P. T., De eleg. Rom. origine, Diss. Gotting. 1911
Vah. = Vahlen
Vollm. = Vollmer
Witte = Kurt W., Die Gesch. d. röm. Dicht. im Zeitalter des Aug. III, 1: Tibull, Erlang. 1924
Wolff = O. W., De enuntiatis interrog. apud Cat. Tib. Prop., Diss. Hal. 1883

Magnus-Bürger-Troll: Bericht über d. Literatur zu Tib., Burs. Jahresber. f. Altertumsw., Lips.
I 1877—1886: 51, 145 sqq.
II 1905—1909: 153, 116 sqq.
III 1910—1919: 196, 1 sqq.

Nonnulla alia in apparatu ipso allata sunt.

ALBII TIBULLI

LIBER PRIMUS

I.

Divitias alius fulvo sibi congerat auro
  et teneat culti iugera multa soli,
quem labor adsiduus vicino terreat hoste,
  Martia cui somnos classica pulsa fugent:
me mea paupertas vita traducat inerti,

---

1. 2 Diomed. I 484, 12 K. 1 sqq. Ovid. am. II 10, 29 sqq. *cont. Bürger 16 nescio an non recte*

Albij tibulli poetę illustris liber incipit et primo prohemium. Q spretis diuitijs atq militia deliam amet et (amet et *om. Ber.*) amorj uacare prorsus uelit. R̷ca. *(rubr. atram.)* AV *Ber.*, Albii Tibullli *sed* i *alterum eras. Fris.*, Tibullus (*i. m. super.* Tibullius) inlibro primo defelicitate ‖pauperis ‖uite (*fol. 66 r.; 66 v. + 67 r. repet.* inlibro defelicitate paupis uitae) Pp, Tibullus de felicitate pauperis vite *(fol. 25 v.)* Pn, Incipiunt puerbia tibulli *(fol. 3 r.) Buxh.* I 1. 2. 5. 6. 17 (Ruber). 25. 33. 34 *hab. Fris.*, 1—10. 25—34. 37—44. 47—50. 71 b—72. 70. 71 a + 75. 76—78 P, 22. 34. 70 *Buxh. In tota eleg. nullus versus transponendus est* 1 Diuicias *Fris.* AV *(sic semper fere); de hac script. cf. H. Magnus Stud. zu Ovids Met., Pr. Berl. 1887, 12*[1] conserat *Diomed.* *de versuum 1—8 colloc. cf. Norden Aen. VI*[2] *p. 398* 2 multa *Diomed. Fris.* P, magna AV *Ber.* ς, *sed cf. II 3, 42 Lygd. 3, 5 Ovid. fast. III 192 Leo G. G. A. 1898, 57 sq.* 3 assiduus Pp, uicino assiduus Pn 4 Marcia · sompnos Pp, sonnos ς fu gent: *1 litt. eras.*, 'l', *ut vid.* Pp, fugēt Pn 5 mea paupertas *cf. Leo Philol. Unters. II 29*[13] *Jacoby Rh. M. 64, 604*[1] *Reitzenstein Herm. 47, 69*[2] uita *Fris.* Pς, uitę AV *Ber.* ς, *sed cf. Leo G. G. A. 1898, 58 („Ablativus instrum. der Raumerstreckung"), qui attulit W. Schulze B. ph. W. 1896, 1336 sq., cf. etiam Illmann 24 Löfst. Peregr. Aeth. 51 sqq.*

dum meus adsiduo luceat igne focus.
ipse seram teneras maturo tempore vites
rusticus et facili grandia poma manu,
nec spes destituat, sed frugum semper acervos
praebeat et pleno pinguia musta lacu:
nam veneror, seu stipes habet desertus in agris
seu vetus in trivio florida serta lapis:
et quodcumque mihi pomum novus educat annus,
libatum agricolae ponitur ante deo.
flava Ceres, tibi sit nostro de rure corona
spicea, quae templi pendeat ante fores,
pomosisque ruber custos ponatur in hortis,
terreat ut saeva falce Priapus aves.
vos quoque, felicis quondam, nunc pauperis agri
custodes, fertis munera vestra, Lares.
tunc vitula innumeros lustrabat caesa iuvencos,
nunc agna exigui est hostia parva soli.

---

6 Marius Victorin. VI 127, 7 K. [Caes. Bass.] Atil. Fort. VI 264, 14 K. [Censor.] VI 612, 12. 616, 15 K.; *versum ante oculos habuit* Stat. silv. I 2, 253   7 *cf.* Prop. III 17, 15 *(Norden Neue Jbb. 1901, 269[1])*   11 sqq. *cf.* Ovid. am. III 9, 37 fast. II 641 sqq.   12 C. L. E. 1135, 6 B. serta florida

---

6 meũ *Fris.*   assiduo *Fris.* AVς, assiduus *[Censorini] codd., corr.* ς, exiguo Pς, (exig. *i. r.*)uo: *sub ras.* aſſid *dispicitur Berol. Diez. B. Sant. 58; cf. C. L. E. 477, 10 B. (Burmannus) Haupt Opusc. III 1, 201 Vahlen Opusc. I 359*   l$\overset{u}{i}$ceat Pp   7 ferã teneres Pp   matõ tpr̃ Pn   9 spes: *cf. Phil. Woch. 1924, 432*   10 musta *corr.*[1] *ex* meista *vel* nicista Pp   11 desertus: *cf. Lachm. Kl. Schr. II 45*   12 florea *Ber.* C *cf. I 2, 14; cf. Thes. l. l. VI p. 924, 41*   13 educa$^{t^1}$ annus A   14 agricolae . . deo *Muretus cum* ς, agricole ponitur ante deum AV *Ber.* yCς, agricolam . . deum ς; *de* agricola *adiect. cf. I 5, 27. II 1, 36 Prop. II 34, 74 Thes. l. l. I 1422*   16 que A *(semper fere)*   17 Ruber *(nihil amplius) Fris.* ruber custos . . 18 Priapus: *cf. Vahlen Opusc. II 409 Leo Anal. Plaut. I 21*   17 ortis AV *Ber.*, ⊦ *postea add. in* V   19 felicis Cς, felices AV *Ber.* yς *(falso Baehr. de* V)   20 fertis: *cf. Reitzenstein Hellenist. Wundererz. 161*   22 agna est exigui hostia parua soli *Buxh.*, est *om.* ς

agna cadet vobis, quam circum rustica pubes
clamet 'io messes et bona vina date.'
iam modo iam possim contentus vivere parvo
nec semper longae deditus esse viae,
sed Canis aestivos ortus vitare sub umbra
arboris ad rivos praetereuntis aquae.
nec tamen interdum pudeat tenuisse bidentem
aut stimulo tardos increpuisse boves,
non agnamve sinu pigeat fetumve capellae
desertum oblita matre referre domum.
at vos exiguo pecori, furesque lupique,
parcite: de magno est praeda petenda grege.
hic ego pastoremque meum lustrare quotannis
et placidam soleo spargere lacte Palem.
adsitis, divi, nec vos e paupere mensa
dona nec e puris spernite fictilibus.
fictilia antiquus primum sibi fecit agrestis
pocula, de facili conposuitque luto.
non ego divitias patrum fructusque requiro,
quos tulit antiquo condita messis avo:

---

23 cadet *et* 24 clamet: *cf. Vahlen Ges. Ph. Schr. II 42* 24 clamet C ς, clamat AV *Ber.* y ς 25 Iā m̊ iā poſſim *Fris., cf. Rothst. 20 Leo l. l. 30 Reitzenstein Wundererz. 162 Herm. 47, 68 sqq.; aliter Jacoby Rh. M. 64, 609,* Iam modo non possum AV *Ber.* ς, Iam modo nunc possum C(ce), Quippe ego iam possum P cotentus Pn; *cum versus fine Jacoby l. l. 626 cont. Hor. serm. II 2, 1. 110* 26 ui▯e: *1 litt. eras.* Pp 27 estiuo s[2] Pp 28 riuos *recte explic. Leo ad Cul. 149* 29 bidētē: d *corr. ex* t Pn, bidentem Pp, *sed* bi *i. r.*, (g) ς, *cf. Rothst. 33,* bidentes *i. m.* Bidentes *Ber.* y ς, ludentes A *Guarner.*, bidentes *sed* bi *i. r.*[1] *ex* lu, *i. m. m*[2] bidētes V 30 tardas ς 31 fetumue *ssc.*[2] partum V 32 donum V 33 Aut *Ber.* 34 de magno est Pn *Buxh.* AV ς, *cf. Hiller Philol. Anz. XIV 27,* de magno pda petenda Pp, magno .. grege est ς, est *om. Fris.* 35 hic AV *Ber.* ς, *„in dieser Situation", cf. 75 (Belling Alb. Tib. 228*[1]*), II 4,1 Lygd. 4,23 (Fraenkel),* hunc *Dietrich Quaest. Tib. et Prop., Marp. 1873, 12; cf. Leo l. l. 31*[15] 37 Vos quoque adeste dei P nec PC ς, neu AV *Ber.* ς e PQ ς, et A *Ber.*, et V, de C 38 pnite Pn 41 ue P ς

parva seges satis est, satis est requiescere lecto
  si licet et solito membra levare toro.
quam iuvat inmites ventos audire cubantem
  et dominam tenero continuisse sinu
aut, gelidas hibernus aquas cum fuderit Auster,
  securum somnos igne iuvante sequi!
hoc mihi contingat: sit dives iure, furorem
  qui maris et tristes ferre potest pluvias.
o quantum est auri pereat potiusque smaragdi,
  quam fleat ob nostras ulla puella vias!
te bellare decet terra, Messalla, marique,
  ut domus hostiles praeferat exuvias:
me retinent vinctum formosae vincla puellae,
  et sedeo duras ianitor ante fores.

---

43 requiescere lecto *forte consonat cum* Prop. I 8(b), 33

---

43 satis est *alterum add. et ssc.* V^2, *hab.* A *Ber.* ς, satis ē uno P (*sed* ¯u *i. r. ut vid.* p), *cf. Hiller Ph. Anz. XIV 28 Illm. 25 Magnus Burs. 51, 319 Belling Krit. Prol. 71*, Parua satis mensa *vel* Parua seges satis est y requiscē Pn 44 *om. Ber., lac. ind.* m^2 si licet *Muretus et Scal. ex ed. Plant.*, scilicet AVPyς, *cf. codd. II 6, 16* soli$\overset{d}{o}$ Pp, solo *se in excerptis legisse test. Scal.* 45 ĩmunes ς audisse *vel* audire y 46 continuisse AVCς, detinuisse *vel* continuisse y, detinuisse *prob. Rothst. 41, sed cf. post Stehle De Tib. puri serm. poet. cult., Argentor. 1874 Leo Unters.* $II\,32^{16}$ detinuisse *ex Ovid. am. II 17, 16 interpolatum esse censet Ehw.* 47 Et P *(cum 44 coniungens)* 48 igne AV *Ber.* yς, imbre P, imbre *sed* mbre m^2 *i. r., fuit igitur* igne g, *cf. codd. Cat. 62, 7* leuante ς igne *def. Rothst. 37 Belling Krit. Prol. 82 sqq. Magnus B. ph. W. 1893, 1550 Schulze Beitr. z. Erkl. d. röm. Eleg. II, Pr. Berl. 1898, 20 hactenus recte, quod Sophocl. Tympanist. fragm. 579* $N.^2$ *a Statio et Mureto adhibitum comparandum esse negavit;* „imbre *inutile*“ *Calonghi Riv. di fil. 45, 61* 49 sit Pς, si AV *Ber.*, si *et* 50 Et ς rure P, inire ς 50 ma$\overset{ri}{g}$s Pp triste: s *add. m. rec.* A nubilia ferre potest P 52 ob] et *Voss. 5* 53 messala AV (Meſſala *i. m. rep.* V^2) *Ber.*, messalla $Ber.^2$ *i. m.: orthogr. omnibus fere locis variat, itemque e. g. in verbo sol(l)icitare vel sim. I 7, 30 Lygd. 4, 53. 5, 12* 54 hostiles Cς, ostiles V^2 *i. m.* ς, exiles *vel* hostiles y, exiles AV *Ber.* 55 *de versuum 55. 56 ratione cf. Kroll N. Jbb. 1903, 28 sq.*

non ego laudari curo, mea Delia; tecum
dum modo sim, quaeso segnis inersque vocer.
te spectem, suprema mihi cum venerit hora,
te teneam moriens deficiente manu.
flebis et arsuro positum me, Delia, lecto
tristibus et lacrimis oscula mixta dabis.
flebis: non tua sunt duro praecordia ferro
vincta, neque in tenero stat tibi corde silex.
illo non iuvenis poterit de funere quisquam
lumina, non virgo sicca referre domum.
tu manes ne laede meos, sed parce solutis
crinibus et teneris, Delia, parce genis.
interea, dum fata sinunt, iungamus amores:
iam veniet tenebris Mors adoperta caput,
iam subrepet iners aetas neque amare decebit
dicere nec cano blanditias capite.
nunc levis est tractanda Venus, dum frangere postes
non pudet et rixas inseruisse iuvat.
hic ego dux milesque bonus: vos, signa tubaeque,
ite procul, cupidis vulnera ferte viris,
ferte et opes: ego conposito securus acervo
despiciam dites despiciamque famem.

---

57 sqq. Lygd. 3, 31   59 sq. Ovid. am. I 3, 17 sq.   60 Ovid. am. III 9, 58   61. 62 Ovid. am. III 9, 54; *cf.* Prop. II 13, 19   61—68 Prop. I 17, 21—24 *non recte cont. Jacoby*   65 sq. Prop. I 7, 23 + I 17, 11 *(Jac.), sed cf. Troll 69*

---

59 Te ς, Et AV *Ber.* y ς   60 Te ς, Et AV y ς   62 dabis? *Leo Unters. 33, sed cf. Prop. II 13, 29*   63 duro *Ber.*, durạ^{o??} V, dura A   64 vincta *Fris.* V[2] *i. m.* ς, iuncta AV *Ber.* ς neque *Fris.*, nec ω   66 nec y   71 subreppet Pp, surrepet PnV   neque AV *Ber.* y ς, nec *Fris.* P   72 capite PAV ς, capiti ς, *sed cf. Leo Plaut. Forsch.*[2] *156*   73 postes V (*corr. ex* posses) ς, posses A *Ber.*   78 despic(t Pn)iam dites P(g) ς, dites despiciam AV *Ber.* y C ς, *sed recte olim contulerunt I 4, 82 II 5, 100; cf. II 2, 20*

II.

Adde merum vinoque novos conpesce dolores,
occupet ut fessi lumina victa sopor,
neu quisquam multo perfusum tempora Baccho
excitet, infelix dum requiescit amor.
nam posita est nostrae custodia saeva puellae
clauditur et dura ianua firma sera.
ianua difficilis, domini te verberet imber,
te Iovis imperio fulmina missa petant.
ianua, iam pateas uni mihi, victa querelis
neu furtim verso cardine aperta sones.
et mala si qua tibi dixit dementia nostra,
ignoscas: capiti sint precor illa meo.
te meminisse decet, quae plurima voce peregi
supplice, cum posti florida serta darem.
tu quoque ne timide custodes, Delia, falle:
audendum est, fortes adiuvat ipsa Venus.
illa favet, seu quis iuvenis nova limina temptat,
seu reserat fixo dente puella fores;
illa docet molli furtim derepere lecto,

---

15 *cf.* Ovid. tr. II 449

II Conquerit q̃ ianua sit (ɿua sit *i. r. al. m., quod subest, dispici nequit* A) clausa et ad ianuam atque amasiam multis utitur blandic(t)iis. Rca. AV *Ber.* versus 19. 36. 41. 42 *hab. Fris.,* 85 + 88. 89—98 P 3 perfusum Qς, percussum AV *Ber.* ς 4 amans Qy[1?]ς 5 nunc, *del. et i. m. m*[3] nostrae V 6 firma] fulta ς *ex Ovid. am. I 6, 28 a. a. II 244 (Magnus Stud. zu Ovids Met. 9*[1]*)* 7 ianua difficilis, domini *interp. Leo Unters. 35*[17] *Anal. Pl. I 21sq., cui neganti* difficilis domini *coniungi posse tacitus suffragari vid. thes. l. l., licet V 1087, 80 temere receperit Lachmanni interpunctionem;* domini *(Iovis)* imber *parum probabile, locus verae sive interpretationis sive emendationis adhuc expers. (Fraenkel), post* domini *Lachm. Kl. Schr. II 152, Leonis interp. improb. Magnus Burs. 51, 347, qui aeque atque antea Santen* dominae *cum* ς (domine [i 1?] Q) *scripsit et pro dat. habuit,* domino *Illm. 63,* dominis *Postg.* 10 furtum [i] *(corr.*[1]*, non*[2]*)* V 14 florea *cum* ς *Broukh., cf. ad 1, 12* 19 Illa docet *ssc.*[2] uenus V molli furtim *Fris.,* furtim molli AV *Ber.* derepere *Fris., cf. 8, 59,* decedere AV *Ber.*

illa pedem nullo ponere posse sono,
illa viro coram nutus conferre loquaces
blandaque conpositis abdere verba notis.
nec docet hoc omnes, sed quos nec inertia tardat
nec vetat obscura surgere nocte timor.
en ego cum tenebris tota vagor anxius urbe,
. . . .
nec sinit occurrat quisquam, qui corpora ferro
vulneret aut rapta praemia veste petat.
quisquis amore tenetur, eat tutusque sacerque
qualibet: insidias non timuisse decet.
non mihi pigra nocent hibernae frigora noctis,
non mihi, cum multa decidit imber aqua.
non labor hic laedit, reseret modo Delia postes
et vocet ad digiti me taciturna sonum.
parcite luminibus, seu vir seu femina fiat
obvia: celari volt sua furta Venus.
neu strepitu terrete pedum neu quaerite nomen
neu prope fulgenti lumina ferte face.
si quis et inprudens adspexerit, occulat ille
perque deos omnes se meminisse neget:
nam fuerit quicumque loquax, is sanguine natam,
is Venerem e rapido sentiet esse mari.
nec tamen huic credet coniunx tuus, ut mihi verax
pollicita est magico saga ministerio.
hanc ego de caelo ducentem sidera vidi,

---

29 *cf.* Prop. III 16, 13 (Hor. c. I 22, 1 sqq.) 45. 46 *cf.* Prop. I 1, 23

---

21 illa uiro *ssc.*[2] docet V uultus ς *ex Ovid. am. I 4, 17* 22 addere y 23 docet ς, decet (o[1]?) Q, decet AV *Ber.* y quo(s *i. r.*) A 25 ego ı cum V *p.* 25 *lac. exhib. unus Foroiuliensis* 25. 27 *sine interv.* A (*i. m. m*[2]*:* deficit) V[1], securum in tenebris me facit esse uenus *i. m. inf.* V[2], *in contextu Ber.*[1], *quem v. suppos. Aurispam testatur Vatic. 2794, alia suppl. alii Itali* 27. 28 *om.* y, *nisi erravit Heins., cf. Belling Quaest. Tib.* 22[2] 30 nec ς 33 hic *om. Ber.* non labor hic *in suspic. voc. Postg.* 37 Neu *Ber.* Q ς, Ne AV, *sed in* V *post* Ne *spatium solito amplius nulla ras.* 39 Si quid *Ber.* 40 qꝑ *i. r.* A 42 rabido ς, *cf. Sen. Phaed. 274* sentiat C

fluminis haec rapidi carmine vertit iter,
haec cantu finditque solum Manesque sepulcris
elicit et tepido devocat ossa rogo:
iam tenet infernas magico stridore catervas,
iam iubet adspersas lacte referre pedem.
cum libet, haec tristi depellit nubile caelo,
cum libet, aestivo convocat orbe nives.
sola tenere malas Medeae dicitur herbas,
sola feros Hecatae perdomuisse canes.
haec mihi conposuit cantus, quis fallere posses:
ter cane, ter dictis despue carminibus.
ille nihil poterit de nobis credere cuiquam,
non sibi, si in molli viderit ipse toro.
tu tamen abstineas aliis: nam cetera cernet
omnia, de me uno sentiet ille nihil.
quid credam? nempe haec eadem se dixit amores
cantibus aut herbis solvere posse meos,
et me lustravit taedis, et nocte serena
concidit ad magicos hostia pulla deos.
non ego totus abesset amor, sed mutuus esset,
orabam, nec te posse carere velim.
ferreus ille fuit, qui te cum posset habere,
maluerit praedas stultus et arma sequi.
ille licet Cilicum victas agat ante catervas
ponat et in capto Martia castra solo,
totus et argento contextus, totus et auro
insideat celeri conspiciendus equo,
ipse boves mea si tecum modo Delia possim

---

47. 48 Ovid. am. I 8, 17. 18 51. 52 Ovid. am. I 8, 9. 10
67. 68 ~ Prop. III 20, 3 sq. (I 14 *Troll 62. 63*[1])

---

50 lacte *i. m. m*^{2} lęte V 54 Hecate A ς, echatę V, hecates y, *ut vid.*, ς, echates Q, *cf. ad Lygd. 4,45* perdonuisse A 55 Nec V, *corr. m*^{2} *i. m.* 56 di(ctis *i. r.*) A exspue y 60 ille ς, ipse AV *Ber.* 61 quid? (credam?) *interp. Helm B. ph. W. 1914, 1577 sq.* 64 (pu)lla: pu *i. r.* A 66 Orabam *i. m. m*^{2} optarem V 67 posset Q ς, possit AV *Ber.* 71 totus conte$\overset{c}{x}$tus Q (*ssc. m. rec.* = ς) 73 modo si (sim) tecum mea delia *(ex I 1, 57?)* ς, *cf. Owen ad*

iungere et in solito pascere monte pecus,
et te dum liceat teneris retinere lacertis,
mollis et inculta sit mihi somnus humo.
quid Tyrio recubare toro sine amore secundo
prodest, cum fletu nox vigilanda venit?
nam neque tunc plumae nec stragula picta soporem
nec sonitus placidae ducere posset aquae.
num Veneris magnae violavi numina verbo,
et mea nunc poenas inpia lingua luit?
num feror incestus sedes adiisse deorum
sertaque de sanctis deripuisse focis?
non ego, si merui, dubitem procumbere templis
et dare sacratis oscula liminibus,
non ego tellurem genibus perrepere supplex
et miserum sancto tundere poste caput.
at tu, qui laetus rides mala nostra, caveto:
mox tibi, non uni saeviet usque deus.
vidi ego, qui iuvenum miseros lusisset amores,
post Veneris vinclis subdere colla senem
et sibi blanditias tremula conponere voce
et manibus canas fingere velle comas,
stare nec ante fores puduit caraeve puellae

Ovid. tr. II 263 (ed. 1923, 166) possum y, possem Q 74 insolito AV, in solito *lin. m*[2] Q 76 et] in ς 79 nec . . nec *Bürger Χάριτες 373, qui cum spondeis confert I 2, 89. 4, 67* tum ς 81 magni AV (*corr. in* magnę) *Ber.; cf. Leo Herm. 49, 187*[1] 82 nunc *Ber.*, nūc A, num VQς luit: al. tulit *ssc. m*[2] V 84 deripuisse *Itali*, diripuisse AV *Ber.* y? ς 87 prepere *(sic)* A *Ber.* (perr.), perr(e?)ipere V 88 tun|d'e (*vid. corr. ex* timide) Pp, tundē Pn sanctum *corr.*[1]? *in* sancto tondere *Ber.* 89 Qui nimium P 89. 90 *interp. cum Helmio B. ph. W. 1914, 1578* non uni *Itali, cf. Ovid. her. 4, 148,* non unus AV *Ber.* y. „*fort. recte Amor appellatur* non unus usque deus, *nimirum διχλοῦς, fallax.*" *(Fraenkel), Hiller ed. 1893,* et iratus P, non mitis *Baehrens,* mox tibi — non in nos *Leo Unters. 39, sed Tib. per totum carmen plurali de se solo non utitur, cf. 57,* in me *Hiller ed. 1885* 91 iuuen(u *i. r.*)m: m *ex corr., tertia hasta addita est: vid. fuisse* iuuenem A = ς miseros iuuenū dampnasset P 92 ~~sedem~~ senem A 94 fingere *explic.*[3] ornare V 95 (c)nunc Pp

ancillam medio detinuisse foro.
hunc puer, hunc iuvenis turba circumterit arta,
despuit in molles et sibi quisque sinus.
at mihi parce, Venus: semper tibi dedita servit
mens mea: quid messes uris acerba tuas?

III.

Ibitis Aegaeas sine me, Messalla, per undas,
o utinam memores ipse cohorsque mei!
me tenet ignotis aegrum Phaeacia terris:
abstineas avidas, Mors precor atra, manus.
abstineas, Mors atra, precor: non hic mihi mater
quae legat in maestos ossa perusta sinus,
non soror, Assyrios cineri quae dedat odores
et fleat effusis ante sepulcra comis,
Delia non usquam; quae me cum mitteret urbe,
dicitur ante omnes consuluisse deos.
illa sacras pueri sortes ter sustulit: illi

III 3 Ovid. am. III 9, 47. 48   4 Ovid. am. III 9, 20   5 sqq. Ovid. am. III 9, 49 sqq.   7 *cf.* Prop. II 13, 30

---

96 detinuisse: i *prius ex* e *corr.* V, detenuisse Pn   97 Hunc *explic.*[2] senem V   circum(n A)terit Ay, circunterit *i. m.* m^2 (= ς) circumstetit V, circumdedit P   arctam *Ber.*   98 Respuit in moles Pn, immolles *ssc.*[2] al. immolles. ſ. duros V   99 debita V, *cf. codd. II 5, 11*

III Ad Messalam conqueritur quod apud feacas (pheatas: *de* t *ceteris* t *minore non constat, potest esse etiam* c; *hasta litterae* h *i. r., etiam supra hastam ras., iuxta hastam a sinistro latere dispicitur rubr. atram.: fuisse igitur vid.* feacas V) egrotet (*falso Baehrens de* A). laudat aetatem primam et (*om.* V, *sed habet* et *in contextu a scriba parvis litteris i. m. sin. scripto)* demum se ducendū ad elysios (elyos V) campos ait. ℞ca. AV *Ber. In Fris. exstat unum verbum* Colu *ex* v. 86; *in* P vv. 59—62. 67—72. 83—88   1 summe *Ber.*[1], *corr.*[2]   2 utinam: u *i. r.* A cho cohorsq̧ V   4 mors precor atra y d Q[2] *pauci* ς *apud Broukh. Ambros. G 10 sup. Reg., cf. I 10, 33,* mors modo nigra AV *Ber.* ς, *cf. Lygd. 5, 5,* mors precor nigra *unus,* mors uiolenta (*sic* Q[1]) *vel* uiolanda *pauci* ς, *cf. Rothst. 62 sq. Magnus Burs. 51, 331*
9 quem Q, quam *Dousa*   mitteret *corr. ex* micteret A

rettulit e trinis omina certa puer.
cuncta dabant reditus: tamen est deterrita numquam,
quin fleret nostras respiceretque vias.
ipse ego solator, cum iam mandata dedissem,
quaerebam tardas anxius usque moras.
aut ego sum causatus aves aut omina dira,
Saturni sacrum me tenuisse diem.
o quotiens ingressus iter mihi tristia dixi
offensum in porta signa dedisse pedem!
audeat invito ne quis discedere Amore,
aut sciat egressum se prohibente deo.
quid tua nunc Isis mihi, Delia, quid mihi prosunt
illa tua totiens aera repulsa manu,
quidve, pie dum sacra colis, pureque lavari
te — memini — et puro secubuisse toro?
nunc, dea, nunc succurre mihi — nam posse mederi
picta docet templis multa tabella tuis —,
ut mea votivas persolvens Delia voces

23—26 Ovid. am. III 9, 33. 34 29 sqq. *cf.* Ovid. am. II 13, 17 sq.

12 trinis *Muretus*, triuiis AV *Ber.* ς, tenuijs Q omina *i. r. m. rec.* A, omma V, *sed sup. alterius* m *primam hastam tenuem lineolam al. m. scriptam dispexi*, omia (= *omnia*) *Ber.* 13 Cunta *Ber.*[1] *creberrimo errore, corr.*[2] nusquam V, nusquam *vel* (= ς) quicquam y 14 Quin *Ald. 1502*, Cum *vel* Quom *codd.* respiceretque AV ς *Schulze Beitr. I 19. II 17 (non prorsus recte) Friedrich Herm. 43, 637 Heinze ad Hor. c. I 15, 21 Schuster Wien. Stud. XLII 178 vix recte coll. Ovid. rem. 223*, despiceretque *Ber.* Q, respueretque *Itali*, despueretque *Haupt, cf. Magnus Burs. 51, 305* 17 aut *Itali Scal.*, dant AV *Ber.* y ς omina, *sed vid. corr. ex* omnia *(„Collucii manu"? Bürger)* A y ς, omma V, *sed sup. alterius* m *tertiam hastam lineolam al. m. scriptam vidi* 18 Saturni aut *Reg.*, Saturniue *vir doctus apud Broukh. contra metri regulam, cf. ad 4, 4, asyndeton in tertio disiunctionis membro usurpatum fort. tolerari potest* sacrum *Fraenkel Glotta VIII 62*, sacram *codd., cf. etiam ad Lygd. 6, 32* 19 di(xi[2]) *Ber.* 21 ne quis *Reg.*, neu quis AV *Ber.* y C ς 22 sciet *Doering, sed cf. Reitzenst. Herm. 47, 71 sq.* 24 aera *vel* sistra *(ex Ovidio)* y 25 dum *Ber.* V[2] Q ς, deum AV[1] 26 puro *om. Ber., add. m*[2] succubuisse Q y d 29 Vt AV[1] *Ber.*, Et .. persoluat V[2] *i. m.*, Et y C ς

ante sacras lino tecta fores sedeat
bisque die resoluta comas tibi dicere laudes
insignis turba debeat in Pharia.
at mihi contingat patrios celebrare Penates
reddereque antiquo menstrua tura Lari.
quam bene Saturno vivebant rege, priusquam
tellus in longas est patefacta vias!
nondum caeruleas pinus contempserat undas
effusum ventis praebueratque sinum,
nec vagus ignotis repetens conpendia terris
presserat externa navita merce ratem.
illo non validus subiit iuga tempore taurus,
non domito frenos ore momordit equus,
non domus ulla fores habuit, non fixus in agris,
qui regeret certis finibus arva, lapis.
ipsae mella dabant quercus, ultroque ferebant
obvia securis ubera lactis oves.
non acies, non ira fuit, non bella, nec ensem
inmiti saevus duxerat arte faber.
nunc Iove sub domino caedes et vulnera semper,
nunc mare, nunc leti mille repente viae.
parce, pater. timidum non me periuria terrent,
non dicta in sanctos inpia verba deos.

---

35 *cf.* Ox. Pap. I p. 37 sqq. Verg. G. I 125 sqq. 40 *cf. Pohlenz Χάριτες f. Leo 87*[1] 51. 52 Ovid. am. III 9, 37

---

34 que] et *pauci* ς mascula tura ς *(Verg. ecl. 8, 65 Ovid. med. 94)* 36 Tethys *Markland, sed cf. Sen. Med. 377* sit ς 37—49 *cf. Heinze Verg. ep. T.*[2] *219*[1] 37 *om. Ber.*[1], *lac. ind.* m^2 38 uentis *Ber.* V^2ς, ueteris A *(comp.)* V^1 47 *nihil est mutandum, cf. Hauler Wien. Stud. XXX 71* enses y^2 *et unus* ς 50 leto *nonnulli* ς repente, *sed* n *corr. per ras. in* r A, repente *Ber.* V^2 *pro v. scr. i. m.* ς, reperte VQς; *ead. v. scr. in codd. Aetnae 282; contra* repente *multis, e. g. Magno B. ph. W. 1893, 1548 Rothst. W. f. kl. Ph. 1893, 1318 Eltero Rh. M. 61, 275 probatum disput. Ehwald Ad hist. recensionemque carm. Ovid. symb., Pr. Goth. 1889, 7,* multa reperta uia ς, patentque *Leo Unters. 26 cf. Grattius Cyn. 357 Mart. lib. spect. 12, 6* 51 precor *unus* ς *Markland, cf. Magnus Burs. 51, 274, sed v. Reitzenst. Herm. 47, 72*[1]

quodsi fatales iam nunc explevimus annos,
fac lapis inscriptis stet super ossa notis:
hic iacet inmiti consumptus morte Tibullus,
Messallam terra dum sequiturque mari.
sed me, quod facilis tenero sum semper Amori,
ipsa Venus campos ducet in Elysios.
hic choreae cantusque vigent, passimque vagantes
dulce sonant tenui gutture carmen aves,
fert casiam non culta seges, totosque per agros
floret odoratis terra benigna rosis:
ac iuvenum series teneris inmixta puellis
ludit, et adsidue proelia miscet Amor.
illic est, cuicumque rapax mors venit amanti,
et gerit insigni myrtea serta coma.
at scelerata iacet sedes in nocte profunda
abdita, quam circum flumina nigra sonant:
Tisiphoneque inpexa feros pro crinibus angues
saevit, et huc illuc inpia turba fugit:
tunc niger in porta serpentum Cerberus ore
stridet et aeratas excubat ante fores.
illic Iunonem temptare Ixionis ausi
versantur celeri noxia membra rota,

---

55 Ovid. am. III 9, 39; C. L. E. 311, 2 *Engström:* consumpta inmiti morte sepulta iacet *(Heraeus Herm. 48, 452)* 56 *cf. fort.* C. L. E. 1845, 3 B. per freta per terr[as sedula] dum sequ[itur] *(Leo)* 58 Ovid. am. III 9, 60 60 Ovid. am. I 13, 8 67 Ovid. met. IV 456

---

53 fatalis *Ber.*[1] 54 instp[1]tis *sed statim corr.* A sit y 58 ad y *a.* 59 Deloco quietis in inferno P Quid fit in campis elisyis in quos decedunt amatores. *adscr.* V[2] *i. m.* 60 tenui *explic. Diels Berl. S. Ber. 1918, 929* 63 Ac AV ς (falso *Baehrens de* V), hac *pauci* ς, At y ς, Hic *Itali* 65 Ill(ic *i. r.*) A 67 Ac *vel* Hac *pauci* ς, *cf. 63* sub P 68 circa P nocte *pauci* ς 69 Tisiphoneque ς, Tesyphoneque AV, Thesi[i2]phoneque *Ber.* P (Tes. Pn) ferro[S2] Pp, ferox *Ber.* Q *pauci* ς anguens Pp 70 *ante* huc ad *paene eras. est* Pn iacet Pn 71 Tum P

porrectusque novem Tityos per iugera terrae
adsiduas atro viscere pascit aves.
Tantalus est illic, et circum stagna, sed acrem
iam iam poturi deserit unda sitim,
et Danai proles, Veneris quod numina laesit,
in cava Lethaeas dolia portat aquas.
illic sit, quicumque meos violavit amores,
optavit lentas et mihi militias.
at tu casta precor maneas, sanctique pudoris
adsideat custos sedula semper anus.
haec tibi fabellas referat positaque lucerna
deducat plena stamina longa colu,
at circa gravibus pensis adfixa puella
paulatim somno fessa remittat opus.
tunc veniam subito, nec quisquam nuntiet ante,
sed videar caelo missus adesse tibi.
tunc mihi, qualis eris, longos turbata capillos,
obvia nudato, Delia, curre pede.
hoc precor, hunc illum nobis Aurora nitentem
luciferum roseis candida portet equis.

---

75 Hom. λ 577. 578 83—90 Ovid. fast. II 742 sqq. 89 sqq. Ovid. am. II 11, 37—56 *(Jacoby Rh. M. 60, 78, sed cf. R. Neumann Qua rat. Ovid. in Am. scrib. Prop. eleg. usus sit, Diss. Gotting. 1919, 99 sqq.)* 93 sq. Ovid. am. II 11, 55 sq.

---

75 titios y, tycios V *(sic)*, ticios A *Ber.*, tityus C, *sed cf. Norden Aen. VI*[2] *412,* ticius ς 79 lumina *Ber.* 82 lentas *i. m. al. m. paulo rec.* lentus A, lentas: a *ex* u *vid. corr., ssc.*[2] al' taſ V militias: *post* m *ras., inter* m *et* i *interstit. solito maius* V *a.* 83 Q̊ m̊ castitas consuanda sit coniugatis mulieribus P 83 Casta (p̄cor coniunx maneas sciq; *i. r.*) pudoris P p = n 86 colu *Fris.*, colo P A *Ber.* ς, colo (a ssc.) V 87 A at P, ac AV *Ber.* ς circum *Bürger Χάριτες 374* 88 remittit P n 89 Tūc A, Nunc *in* Tunc V, Tum *pauci* ς ne y *pauci* ς 90 uidear (atar[2] ssc.) *fort. ex* uideas V, *cf. script. 82. I 4, 53* 91 Tunc V[2] Q ς, Nūc AV[1] *Ber.* 93 illum: *cf. Woltersdorff Glotta X 71*

IV.

'Sic umbrosa tibi contingant tecta, Priape,
  ne capiti soles, ne noceantque nives:
quae tua formosos cepit sollertia? certe
  non tibi barba nitet, non tibi culta coma est,
nudus et hibernae producis frigora brumae,
  nudus et aestivi tempora sicca Canis.'
sic ego; tum Bacchi respondit rustica proles
  armatus curva sic mihi falce deus.
'o fuge te tenerae puerorum credere turbae,
  nam causam iusti semper amoris habent.
hic placet, angustis quod equum conpescit habenis,
  hic placidam niveo pectore pellit aquam,
hic, quia fortis adest audacia, cepit: at illi
  virgineus teneras stat pudor ante genas.
sed ne te capiant, primo si forte negabit,
  taedia: paulatim sub iuga colla dabit.
longa dies homini docuit parere leones,
  longa dies molli saxa peredit aqua;
annus in apricis maturat collibus uvas,
  annus agit certa lucida signa vice.
nec iurare time: Veneris periuria venti

IV 12 *versum poetae inscr. Alliae Potest. 20 obversatum esse vix crediderim* 19 Verg. ecl. 9, 49

IV Ad priapum de amoribus puerorum. Et execratur pecuĩau (m? A, pecuniam V *Ber.*) pro uenere petentes. Rca. AV *Ber.* vv. 9. 33—34 *hab. Fris.*, 18 *hab. Buxh.*, 17—20. 29—30. 35 (*inde a* serpens)—36. 77 (*usque ad* sua est) *exst. in* P. *Nullus v. transp. est* 1 ſ Ic (ſ *fort.* m[1]) V 2 ue ς 4 *de pentametri struct. cf. Meyer Zur Gesch. d. gr. u. lat. Hex., S. Ber. d. bayer. Akad. 1884, 1032* non] nec C 7 tum] tunc C *Bürger Χάριτες 375*, sic *nonnulli codd. apud Muret., sed cf. Lachm. Kl. Schr. II 112* 8 sic V[2] *i. m.* ς, sit AV[1] 9 O fugite tenerę *Fris.* 13 qua: l *ssc. m. rec. pallid. rubr. atram.* V, quod *Bürger Χάριτες 375* 15 sed, *interp. Vah. Ges. Phil. Schr. II 140 sq.* *p.* 18 *exst. v. in Buxh., quem neque Vollmer neque Bürger dispicere potuerunt* 21. 22 *hab. floril. Veron. a. 1329 scr. p. 24,2* Tibulus, *cf. W. Meyer*

inrita per terras et freta summa ferunt.
gratia magna Iovi: vetuit pater ipse valere,
iurasset cupide quidquid ineptus amor,
perque suas inpune sinit Dictynna sagittas
adfirmes crines perque Minerva suos.
at si tardus eris, errabis: transiet aetas.
quam cito non segnis stat remeatque dies,
quam cito purpureos deperdit terra colores,
quam cito formosas populus alta comas!
quam iacet, infirmae venere ubi fata senectae,
qui prior Eleo est carcere missus equus!
vidi iam iuvenem, premeret cum serior aetas,
maerentem stultos praeteriisse dies.

Die Samml. der Spruchverse des Publ. Syr. 61 sqq. 66 iurate *Ber.* =1? =1?

22 freta summa A*Ber.*ς, summa freta (freta *corr.*^{1} *in* freta) V, summa freta Qς, longa freta *flor. Veron.*, freta longa y, *cf. Rothst. 73 Leonh. 37 Illm. 54 Magnus B. ph. W. 1888, 330* 25 sagi$^{t^2}$ptas V

27 eris *cf. I 7, 61* transiet *cf. C. L. E. 1225, 10 cum Buecheleri nota, Sommer Handb.*^{2} *537, falso denuo Bürger Χάριτες 380 post* aetas *recte distinxit Vahlen, post* quam cito (28) *denuo Helm B. ph. W. 1914, 1576* 28 *„perperam Lachmann ad Lucr. p. 207 et Leo Unters. 19, nam* non segnis *una notio, cf. I 7, 32. 8, 48. 9, 66, semper in ead. pentam. sede; diversa initio enuntiati I 6, 37. II 1, 30; I 6, 46; rectius Vahlen, sed non satisfacit verbo* remeat. *Inter v.* 27 transiet aetas *et* 29 sqq. *non in universum de fugiente tempore verba fiunt, sed de senescendi lege tam hominibus quam terrae arboribus animalibus imposita. ergo* dies *est vitae spatium ut Verg. Aen. X 467 Sen. H. O. 104 al., cf. Thes. l. l. V 1033, 14 et passim. Hoc fere dicit: 'velox* (non segnis) *animantium aetas aliquatenus prorsus currit, mox subsistit et retrorsus cedit', cf. Hor. c. II 11, 5* fugit retro levis iuuentas et decor, a. p. *175 multa ferunt anni uenientes commoda secum, multa recedentes adimunt." (Ed. Fraenkel)* ue V

29 deperdit Pς, te perdit AV^1*Ber., corr. m*^{2} *et ssc.* al' dep. V, disperdit Qς, *cf. Lucr. II 831* 30 alta PAV*Ber.*, alba Qς com$^{a^2}$es Pn 32 precor, *corr.*^{2} *i. m.* prior *Ber.* est *om.* ς

33 Vidi ego ς, *cf. codd. Prop. II 26, 1 Ovid. fast. VI 700* iam: *cf. Vahlen Ges. Ph. Schr. II 38* cum premeret *Ber.* serior *corr. per ras. ex* senior (= ς) A, ferior *Fris.*, segnior *unus apud Broukh.* 34 praeteriisse: ii *in corr.* A

crudeles divi! serpens novus exuit annos,
   formae non ullam fata dedere moram.
solis aeterna est Baccho Phoeboque iuventas,
   nam decet intonsus crinis utrumque deum.
tu, puero quodcumque tuo temptare libebit,
   cedas: obsequio plurima vincit amor.
neu comes ire neges, quamvis via longa paretur
   et Canis arenti torreat arva siti,
quamvis praetexens picta ferrugine caelum
   venturam amiciat imbrifer arcus aquam.
vel si caeruleas puppi volet ire per undas,
   ipse levem remo per freta pelle ratem.
nec te paeniteat duros subiisse labores
   aut opera insuetas atteruisse manus,
nec, velit insidiis altas si claudere valles,
   dum placeas, umeri retia ferre negent.
si volet arma, levi temptabis ludere dextra:
   saepe dabis nudum, vincat ut ille, latus.
tunc tibi mitis erit, rapias tunc cara licebit

---

35 *cf.* C. L. E. 1212, 5 B.   50 *cf.* Ovid. a. a. II 189

35.36 *om.* Pn   36 sed forme nullam fata dedere (*corr. ex* dellere) moram (*corr. ex* inoram) Pp   ullam Q ς, illam AV *Ber.*   37 Phoebo Bacchoque CQ ς, *cf. Lygd. 4, 44*   iuuentas AV, iuuentus y Q ς, iuuenta ς   38 utrunque *etiam* V   39 licebit y Q ς   40 Cedas ς, Credas AV *Ber.*   uincit ς, uincet AV *Ber.* y ς   42 torrenti torreat V   43 praetexens: *cf. Lygd. 1, 11*   picea *cum* ς *Lachm., sed cf. Leo Unters. 18 Belling Prol. 5 sq.*   44 amiciat A *Ber.* ς; *hanc scr. multifariam temptatam defend. Vollmer S. Ber. Bayer. Ak. 1917, 3, 11 sq.*[2], *cf. Ehw. Krit. Beitr. zu Ov. Ep. ex P., Goth. 1896, 14 (D.L.Z. 1895, 939), sed rectum fortasse adhuc latet,* annuciat *in* annutiat *ssc.*[2] al' amiciat . admittat, *etiam i. m. al. m.* amiciat V, admittat y ς, annuntiet ς, cieat *Scal.*   nimbifer *Itali Heins. Leo, sed cf. Stat. Theb. IX 405 Rutil. Nam. I 98,* nubifer ς   Eurus *Huschke coll. Hieron. Balb. carm. XX p. 154, cf. Haupt. Opusc. I 345 sq.*   48 opere *Ber.*[2] ς, operi ς   atterruisse AV[1] *Ber.*[1], *corr.* V[2] *Ber.*[2] = Q ς   51 uiolet A   arma V, ãma *in corr.* A, arua *Ber.* temptabis A, tentabis V   53 Tunc AV *Ber.*, tum ς, *cf. Housman ad Lucan. I 490*   tibi V[2] *i. m.* Q ς, mihi A *(comp.)* V[1] (*falso Baehr. de* A)   tunc Q ς *Bürger Χάριτες 374,* cũ A *Ber.*[1], cum *in* tum *corr.*

oscula: pugnabit, sed tamen apta dabit.
rapta dabit primo, post offeret ipse roganti,
post etiam collo se inplicuisse velit.
heu male nunc artes miseras haec saecula tractant:
iam tener adsuevit munera velle puer.
at tua, qui Venerem docuisti vendere primus,
quisquis es, infelix urgeat ossa lapis.
Pieridas, pueri, doctos et amate poetas,
aurea nec superent munera Pieridas.
carmine purpurea est Nisi coma: carmina ni sint,
ex umero Pelopis non nituisset ebur.
quem referent Musae, vivet, dum robora tellus,
dum caelum stellas, dum vehet amnis aquas.
at qui non audit Musas, qui vendit amorem,
Idaeae currus ille sequatur Opis
et tercentenas erroribus expleat urbes
et secet ad Phrygios vilia membra modos.
blanditiis volt esse locum Venus ipsa: querelis
supplicibus, miseris fletibus illa favet.'
haec mihi, quae canerem Titio, deus edidit ore,
sed Titium coniunx haec meminisse vetat.

59sqq. *cf.* Ovid. a. a. II 273sqq. *(Leo Plaut. Forsch.*[2] *146)*

---

et ssc. m^2 ałtū V, tum *Ber.*[2] 54 Obscula A açtạ apta V, *in* apta dabit *et* 55 rapta dabit *non offendendum est, cf. Magnus Burs. 51, 263 sq.* post AV *Ber.* ς, mox y ς offeret ς, afferet AV y ipse V, ipe: e *in corr.* A, ipsa *Ber.*, ille ς roganti AV *Ber.* y, uolenti Q ς 56 uelit AV[1] *Ber.*[1], uolet V[2 *vel* 1] *corr. ex* uelit, *Ber.*[2] *i. m.* Q ς; *cf. Hiller Philol. Anz. XIV 29 Illm. 40 sq. Wolff 26 Streisinger 30* 58 ạṣṣịdụuṣ assueuit A uelle: u *in corr., fort. ex* b *(Castiglioni)* A 59 At tua ς, Iam tu AV *Ber.*, Iam tua Q *pauci* ς 62 nec V: *interst. inter* c *et* s *insequens solito maius*, ne^c: c m^2, *ut vid.* A, ne *Ber.* 63 est *sup. lin. add.* m^2 A *Ber.*, *om. singuli* ς, *post* Nysi *pos.* Q *Voss.* carmina: c *in corr.* A 69 impleat *Ber.* 70 frigios: i *in* y m^2 V 71 ẹṣṣ esse V locum *om. Ber.*, *add.*[2] *s. lin.* Venus: illa querelis *post Heynium Leo Unters. 18* 72 fletibus *Statius*, flentibus *codd.* 73 ticio AV *Ber.*, tacio ς, tyrio Q, ticio Q[2] 74 coniun(x *i. r.*) A

pareat ille suae: vos me celebrate magistrum
quos male habet multa callidus arte puer.
gloria cuique sua est: me, qui spernentur, amantes
consultent: cunctis ianua nostra patet.
tempus erit, cum me Veneris praecepta ferentem
deducat iuvenum sedula turba senem.
heu heu quam Marathus lento me torquet amore!
deficiunt artes deficiuntque doli.
parce, puer, quaeso, ne turpis fabula fiam,
cum mea ridebunt vana magisteria.

V.

Asper eram et bene discidium me ferre loquebar:
at mihi nunc longe gloria fortis abest.
namque agor ut per plana citus sola verbere turben,
quem celer adsueta versat ab arte puer.
ure ferum et torque, libeat ne dicere quicquam
magnificum post haec: horrida verba doma.

75sqq. Callim. fr. 11 Ovid. a. a. II 741—746. III 811—812 rem. 813—814 *(Wilhelm Sat. Viadr. 58 Jacoby Rh. M. 65, 42 Troll 11)* V 3 Charis. I 145, 8 K. = 184, 1 Barw.; *cf.* Ovid. am. II 9, 28 7 Ovid. am. III 11, 45 *(Troll 7sqq., sed cf. Neumann 70 adn.)*

---

76 callidus (i *supra* l): i *m*², l *alt. ex parte m*¹ *abrasum, voluit* calidus *(= Ber.)* A 80 Deducat *Ber.*² ς, Diducat AV *Ber.*¹ y, Seducat Q *sing.* ς 81 Heu heu V *Ber.* ς, he heu: *i. r. fuit* u, *cuius prima pars eras., altera obducta hasta litterae* h, *post* heu *ras.* A, (h)eheu ς 83 turpis *vel* turbis y

V Conqueritur quod cum pro amasia uota (*non om.* V) fecerit alter ipam teneat (teneneat *Ber.*) et quod rusticaturus sit cum delia nec uino nec alia uenere potuerit (potuit V, *falso Baehrens)* amori mederi (med. am. V) et demum lenam et praetia deposcentes (deprecantes *Ber.*) execratur. Rca. AV *Ber.* v. 70 *exstat in Fris.*, 58. 70. 60 *in Buxh.*, *post inscriptionem* Defelicitate pauprris vv. 61—64. 6. 75. 5, 70 *in* P 1 a Sper V discidium ς, dissidium AV *Ber.* ς 2 fortis V ς, ſortis A *Ber.* ς 3 turben *Charis.*, turbo ω 4 ab: *cf. Rothst. ad Prop. I 16, 14 et Owen ad Ovid. tr. II 28 (ed. 1923, 129)* 5 nec y 6 posthec ς, posthac ς

parce tamen, per te furtivi foedera lecti,
per venerem quaeso compositumque caput.
ille ego, cum tristi morbo defessa iaceres,
te dicor votis eripuisse meis,
ipseque te circum lustravi sulphure puro,
carmine cum magico praecinuisset anus:
ipse procuravi, ne possent saeva nocere
somnia, ter sancta deveneranda mola:
ipse ego velatus filo tunicisque solutis
vota novem Triviae nocte silente dedi.
omnia persolvi: fruitur nunc alter amore,
et precibus felix utitur ille meis.
at mihi felicem vitam, si salva fuisses,
fingebam demens, sed renuente deo.
rura colam, frugumque aderit mea Delia custos,
area dum messes sole calente teret,
aut mihi servabit plenis in lintribus uvas
pressaque veloci candida musta pede,
consuescet numerare pecus, consuescet amantis
garrulus in dominae ludere verna sinu.
illa deo sciet agricolae pro vitibus uvam,
pro segete spicas, pro grege ferre dapem.
illa regat cunctos, illi sint omnia curae:
at iuvet in tota me nihil esse domo.

---

30 Mart. XIV 193, 1. 2 Tibullum | in tota iuuit quem nihil esse domo

---

7 per te V[2] *i. m.* ς, parce AV *Ber.* Cyς 11 ter *Itali prob. Leo Unters. 41*[28], *sed anaphora vere Tibulliana est* 12 praetimuisset *Ber. Ald. 1567* 14 Omina ς de ueneranda V *Ber.* 16 Voca Aς triuiae Qς, creme A *Ber.* (*m*[2] *ind. mendum, nihil corr.*), chreme V[1], circum V[2] *i. m.* yς, ueneri ς 21 que *om. Ber.* 22 terret V, *corr. m*[2], *ut vid.* 23 uuas: a *i. r.* A 24 candido Q[1], condita Q[2] *i. m.* ς, pinguia (*ex I 1, 10*) ς 26 sinus *Ber.*, *corr.*[2] 27 uitibus A *Ber.* V[2] *i. m.* Cyς, fructibus V[1]y (*v. scr.*) ς, *recte Rothst. 90* 28 segete spicas d *Puccius*, segete et spicas AV *Ber.* yς; *cf. Vollmer S. Ber. Bayer. Ak. d. Wiss. 1917, 3, 11*[2] *Hor. serm. edd. Kießling-Heinze*[5] *XXVII sq.* 29 Ille (a *supra* e) A reget y 30 at iuuet *Itali*, Adiuuet ω,

huc veniet Messalla meus, cui dulcia poma
Delia selectis detrahat arboribus:
et tantum venerata virum hunc sedula curet,
huic paret atque epulas ipsa ministra gerat.
haec mihi fingebam, quae nunc Eurusque Notusque
iactat odoratos vota per Armenios.
saepe ego temptavi curas depellere vino:
at dolor in lacrimas verterat omne merum,
saepe aliam tenui: sed iam cum gaudia adirem,
admonuit dominae deseruitque Venus.
tunc me discedens devotum femina dixit
et pudet et narrat scire nefanda meam.
non facit hoc verbis, facie tenerisque lacertis
devovet et flavis nostra puella comis.
talis ad Haemonium Nereis Pelea quondam
vecta est frenato caerula pisce Thetis.
haec nocuere mihi. quod adest huic dives amator,
venit in exitium callida lena meum.
sanguineas edat illa dapes atque ore cruento

---

37 Ovid. her. XV 231 38 Heliod. Aethiop. V 33 *cont. Markland* 41. 42 Ovid. am. III 7, 77 sqq. 43 Afran. fr. 380 R. *cont. Scal.* 47 haec nocuere mihi *forte consonat cum Ovid. met. IX 613*

---

et iuuet V² *i. m.* 31 uenient A 32 selectis: *primo* se lectis *scr., tum inter se coniunxit* V detrahet Q ς, *sed cf. I 1, 23. 24* ab oribus V¹, ab_oribus V² 33 *versus inde a Pontano usque ad Vollmerum plerisque suspectus integer est; hiatus defenditur et anaphora (Magnus B. ph. W. 1893, 1548) et caesura et argumentis a Lachmanno ad Lucr. p. 130. 131 prolatis* 40 destituitque Q *pauci* ς 42 dixit et pudet et narrat: *cf. imprimis Ovid. met. X 371 sq., cf. praeterea, quae adnotavi ad trist. V 7, 57 Leo Unters. 41²⁴; nihil igitur mutandum est* scire: ci *ex corr.,* c *ex parte i. r.* A meam *Nodell,* mea ω 43 haec ς herbis *Itali cf. I 8, 17 Prop. III 6, 25* 45 Qualis *Itali* nereisque(ę) ω, *corr. Itali dist. multis suspectum satis defenditur Cat. 64, 335. 336* 47 *interp. et explic. Leo Unters. 40²⁰* abest, *corr.² i. m. Ber.* 48 calida *Ber.* 49 sqq. *cf. Reitzenst. Poimandres 200³ Oppenheim Wien. Stud. 30, 1908, 146—164 i. m. m²* blasfemat lenam V

tristia cum multo pocula felle bibat:
hanc volitent animae circum sua fata querentes
semper et e tectis strix violenta canat:
ipsa fame stimulante furens herbasque sepulcris
quaerat et a saevis ossa relicta lupis,
currat et inguinibus nudis ululetque per urbes,
post agat e triviis aspera turba canum.
eveniet! dat signa deus: sunt numina amanti,
saevit et iniusta lege relicta Venus.
at tu quam primum sagae praecepta rapacis
desere: nam donis vincitur omnis amor.
pauper erit praesto tibi praesto, pauper adibit
primus et in tenero fixus erit latere,
pauper in angusto fidus comes agmine turbae
subicietque manus efficietque viam,
pauper ad occultos furtim deducet amicos
vinclaque de niveo detrahet ipse pede.
heu canimus frustra, nec verbis victa patescit
ianua, sed plena est percutienda manu.
at tu, qui potior nunc es, mea fata timeto:

---

60 *cf.* Ovid. rem. 462 61sq. *cf.* Ovid. am. III 11, 17 *(Troll 7sqq. Neumann 76[1])* 69—76 *cf.* Prop. II 9, 1. 2

---

50 tristi*ti*a, *corr.*[1] V 52 e] in y 57 euenient C ς, *cf. Ovid. Ib. 127, sed cf. met. III 524 (Hiller),* et uenie(n)t ς · amantum ς 58 et *om. Buxh.* 60 donıſ uıncıt[V] omnıſ amanſ *Buxh.*, amans *pauci* ς *(ex Ovid. am. I 9, 2?); versum explic. Lachm. ad Prop. I 12, 18* 61 pr(a)esto · tibi praesto AV *Ber.* y ς, *cf. Lachm. Kl. Schr. II 147 Rothst. 32; contra disput. Bürger Χάριτες 385, quocum non consentio*, pauper erit praesto praesto tibi Q *Voss.*, praesto semper te P *Leo Unters. 41*[24], semper tibi *Muretus, sed cf. Jacoby B. ph. W. 1909, 1465,* praesto te *Francken*, semper praesto tibi, semper *Riegler* 62 in duro limine (lumine Pn) fixus erit P 63 fid*u*es V 65 adocultos A 67 uicta V[2] *i. m.* Q ς, iuncta A, *sed · fort. m*[2], V[1], uincta *Ber.* 68 *sup.* plena *scr. m*[2] ·s· nummis V 69 fata *Muretus, cf. Hor. iamb. 15, 17 Prop. II 9, 1 (Wunderlich et Leo Unters. 40, quem Belling Krit. Prol. 86sq. non refutavit),* furta ω timeto *vel* caueto y: caueto *ex I 2, 87 vid. esse interpol.: et hic et illic poeta alterum cavere iubet, ne idem sibi obtingat*

versatur celeri Fors levis orbe rotae.
non frustra quidam iam nunc in limine perstat
sedulus et crebro prospicit ac refugit,
et simulat transire domum, mox deinde recurrit
solus et ante ipsas excreat usque fores.
nescio quid furtivus amor parat. utere quaeso,
dum licet: in liquida nat tibi linter aqua.

VI.

Semper, ut inducar, blandos offers mihi voltus,
post tamen es misero tristis et asper, Amor.
quid tibi saevitiae mecum est? an gloria magna est
insidias homini conposuisse deum?
nam mihi tenduntur casses: iam Delia furtim
nescio quem tacita callida nocte fovet.
illa quidem tam multa negat, sed credere durum est:
sic etiam de me pernegat usque viro.
ipse miser docui, quo posset ludere pacto

---

74 Ovid. trist. II 460
VI 7. 8 Ovid. trist. II 447. 448 9. 10 Ovid. trist. II 449. 450 am. II 19, 33. 34; 18, 20

---

quod ipsi 70 Versat': t' *postea add. vid.* Pp sceli sors Pn sors ς ore cibo Pp, orbe cito Pn, rotae *om. Buxh.* 71 Nam ς 72 et ς *Haupt Opusc. I 109 sq.*, ac AV ς, aut y ac] et *Bürger Χάριτες 373* 74 exereat y, excubat ς, *cf. codd. Ovid. trist. II 460* usque g *Reg. ex Ovid. trist. II 460* totiens, ipse AV *Ber.* Cy ς 76 nat V² *i. m.* yg, nam AV *Ber.* ς, *falso def. Maurenbrecher Philol. 55, 1896, 439 Belling Krit. Prol. 63 Deutsch 179, qui Lygdami sermonem (4, 43) a Tibulli (II 4, 12 erraverunt codd.) differre ne animadvertisse quidem videtur; cf. Lachm. ad Lucr. p. 246 Norden Aen. VI² 403*

VI Conqueritur ad amorem quod delia amet et uirum admonet quod sibi non credat et laudat delie matrem. R̸ca. AV vv. 33. 34 (*inde a* Tua si). 49 (*usque ad* ueru). 79 (Litia telis, *nihil amplius*) *hab. Fris.*, 30 (Contra ... deos) *Buxh.*, 75 (*inter* 5, 61—64 *et* 70) P

1 s Emper V 3 saeue puer ς 5 Iam Q ς, *cf. Rothst. 91* 6 calida *Ber.* 7 tam multa *cf. Ehw. Phil. Anz. XV 591 Magnus B. ph. W. 1885, 589 Leo G. G. A. 1898, 57* est *om.* ς 8 perneget *vel* quod neget illa ς *(ex Ovid.)* 9 docuit *(. m¹, ut vid.) Ber.*

custodes: heu heu nunc premor arte mea.
fingere tunc didicit causas, ut sola cubaret,
cardine tunc tacito vertere posse fores,
tunc sucos herbasque dedi, quis livor abiret,
quem facit inpresso mutua dente Venus.
at tu, fallacis coniunx incaute puellae,
me quoque servato, peccet ut illa nihil.
neu iuvenes celebret multo sermone, caveto,
neve cubet laxo pectus aperta sinu,
neu te decipiat nutu, digitoque liquorem
ne trahat et mensae ducat in orbe notas.
exibit quam saepe, time, seu visere dicet
sacra Bonae maribus non adeunda Deae,
at mihi si credas, illam sequar unus ad aras:
tunc mihi non oculis sit timuisse meis.
saepe, velut gemmas eius signumque probarem,
per causam memini me tetigisse manum,
saepe mero somnum peperi tibi, at ipse bibebam
sobria subposita pocula victor aqua.
non ego te laesi prudens: ignosce fatenti,
iussit Amor: contra quis ferat arma deos?
ille ego sum, nec me iam dicere vera pudebit,
instabat tota cui tua nocte canis.
quid tenera tibi coniuge opus? tua si bona nescis
servare, frusta clavis inest foribus.

---

11 Ovid. am. II 19, 42 13. 14 Ovid. trist. II 455. 456 15. 16 Ovid. trist. II 457. 458; am. II 19, 1. 2 19. 20 Ovid. trist. II 453. 454 25. 26 Ovid. trist. II 451. 452 32 Ovid. trist. II 459; am. II 19, 40 34 Ovid. am. II 19, 1. (38)

---

11 tunc ς, nunc AV*Ber.*Cy ut] cur ς *(ex Ovid.)* 12 tunc A*Ber.*, nunc VQς 13 quis *ssc.*[2] bus V 14 in presso A*Ber.* 18 laxo *Ber.*[2] *i. m.* Qς, lasso AV*Ber.*[1]y 21 quam saepe ., seu *recte explic. Vahlen Opusc. I 329* 23 aram ς, *sed sing. a Tib. et Lygd. alienus, cf. K. P. Schulze Beitr. z. Erkl. d. röm. Eleg. I 4* 25 ue *sing.* ς *(ex Ovid.)* 27 bibe(bam *m*[2]?) A 30 feret *Buxh.* 34 *inter* seruare *et* frustra *interstit. solito maius; in lac. scr.* ⌿ *et i. m. add. m*[2] positura V, *post* seruare *inser.* ah, heu, et ς, *ind. lac. m*[2] *Ber., cf. Vollmer S. Ber. Bayer.*

te tenet, absentes alios suspirat amores
et simulat subito condoluisse caput.
at mihi servandam credas: non saeva recuso
verbera, detrecto non ego vincla pedum.
tum procul absitis, quisquis colit arte capillos,
et fluit effuso cui toga laxa sinu,
quisquis et occurret, ne possit crimen habere,
stet procul aut alia † stet procul ante via †.
sic fieri iubet ipse deus, sic magna sacerdos
est mihi divino vaticinata sono.
haec ubi Bellonae motu est agitata, nec acrem
flammam, non amens verbera torta timet,
ipsa bipenne suos caedit violenta lacertos
sanguine et effuso spargit inulta deam,
statque latus praefixa veru, stat saucia pectus,
et canit eventus, quos dea magna monet:
'parcite, quam custodit Amor, violare puellam,
ne pigeat magno post didicisse malo.
attigerit, labentur opes, ut volnere nostro
sanguis, ut hic ventis diripiturque cinis.'
et tibi nescio quas dixit, mea Delia, poenas:
si tamen admittas, sit precor illa levis.
non ego te propter parco tibi, sed tua mater

---

36 Ovid. am. II 19, 11 51 *cf.* C. L. E. 953, 1 B.

Ak. d. Wiss. 1917, 3, 11[2] *et e. g. Aetna 291 (p. 86 Sudh.)* 38 detrecto *etiam* V, detracto *sing.* ς *Vahlen Opusc. I 358, cf. codd. Ov. trist. II 337* 39 tunc V ς colis ς *Lachm. Kl. Schr. II 112, sed in edit.* colit 40 et fluit Q ς, effluit AV *Ber.* 42 *sic* AV *Ber.*, stet procul ante, alia stet procul ante uia *Statius, Haupt, Rothst. 91*, sit procul aut alia stet precor ante uia *Müller* 45 bellon(e *i. r.*) A motu V[2] *i. m.* C ς, mota AV[1] *Ber.* acrem: cr *i. r.* A 46 amens ς, et amans AV *Ber.* y ς 47 bipenne: *cf. W. A. Baehrens Sprachl. Komm. zur Append. Probi 50 sq.* uiolenta V[2] *i. m.* de ς, uiolata AV[1] *Ber.* c, uiata Q 48 sanguineque ς 50 et canit inuitus y mouet ς, mo$\overset{n^1}{u}$et Q 52 nec y dedisse, dedidicisse *m*[2] *i. m.*, *i. m. sin.* uerba dedisse *Ber.*, decidisse *edd. vett.* 53 attigeris ς 56 admictas A ille: e *in* a *m*[1], *ut vid.* V

me movet atque iras aurea vincit anus.
haec mihi te adducit tenebris multoque timore
coniungit nostras clam taciturna manus,
haec foribusque manet noctu me adfixa proculque
cognoscit strepitus me veniente pedum.
vive diu mihi, dulcis anus: proprios ego tecum,
sit modo fas, annos contribuisse velim.
te semper natamque tuam te propter amabo:
quidquid agit, sanguis est tamen illa tuos.
sit modo casta, doce, quamvis non vitta ligatos
impediat crines nec stola longa pedes.
et mihi sint durae leges, laudare nec ullam
possim ego, quin oculos appetat illa meos,
et siquid peccasse putet, ducarque capillis
inmerito pronas proripiarque vias.
non ego te pulsare velim, sed, venerit iste
si furor, optarim non habuisse manus:
nec saevo sis casta metu, sed mente fideli;
mutuus absenti te mihi servet amor.
at, quae fida fuit nulli, post victa senecta
ducit inops tremula stamina torta manu
firmaque conductis adnectit licia telis
tractaque de niveo vellere ducta putat.
hanc animo gaudente vident iuvenumque catervae

---

58 monet y ς 59 me deducit ς 61 noctuque affixa Q (*non intell.* manet me, *quod* V[2] *explic.* expectat) 64 si$^{t^2}$ V 66 quicqu(id *i. r.*) A sanguis: *i. extrem. m. scr.*[2] pentemimeres V ille ς 67 uitta Q ς, ui$\overset{t^2}{c}$ta *Ber.*, uicta AV; *cf. Vahlen Opusc. I 231*[15] 69 at *Kraffert* sunt y *cf. Leo Pl. Forsch.*[2] *154*[4] *Reitzenst. S. Ber. Heidelb. Ak. 1912, 12, 9* 70 possim g, possum AV*Ber.*CQy ς 71 putet ducarque Q ς, putat ducorque AV *Ber.* y ς, ducarque *Ber.*[2], puter ς, putor ς 72 pronas ς, proprias AV *Ber.* Q ς, *cf. Leo G. G. A. 1898, 57,* inmerito in medias *Rothst. 92* proripiarque *Ber.*[2] ς, proripiorque AV *Ber.*[1] ς, proripiatque Q, proripiasque ς manus Q *(ex 74?)*
75 ne P; *cum hoc v. i. m. cont. Prop. IV 11, 48 m*[2] V *p.* 76 *lac. ind. Muretus* 77 ast VCy 80 ducta] dente ς, docta Q

conmemorant merito tot mala ferre senem,
hanc Venus ex alto flentem sublimis Olympo
spectat et, infidis quam sit acerba, monet.
haec aliis maledicta cadant: nos, Delia, amoris
exemplum cana simus uterque coma.

VII.

Hunc cecinere diem Parcae fatalia nentes
stamina, non ulli dissoluenda deo;
hunc fore, Aquitanas posset qui fundere gentes,
quem tremeret forti milite victus Atax.
evenere: novos pubes Romana triumphos
vidit et evinctos bracchia capta duces:
at te victrices lauros, Messalla, gerentem
portabat nitidis currus eburnus equis.
non sine me est tibi partus honos: Tarbella Pyrene

VII 1. 2 Ovid. met. VIII 452sq. tr. V 3, 25

---

84 quam ς *ed. Muret. 1558* infelix quod sit y[2], quod A*Ber.* q, *i. m.* m[2] q̃ V 86 stemus uterque y[2]

VII Gratulatio de uictoria messale contra aquitanos. ℞ca. AV *Ber. vv.* 11. 12. 41 *et singula verba ex vv.* 2. 3. 35. 45 *exstant in Fris.*, 41 *etiam in Buxh.* 1 h Vnc V, Hanc ς 2 non nulli ς 3 nunc ς hunc *sc. diem* aquitanas *Fris.* AV *Ber.* ς, quitanas *unus*, equitanas y, *cf. II 1, 33* frangere ς, spargere ς *in eleg. initio non pauci offenderunt (cf. Jacoby B. ph. W. 1909, 1468): post* 2 *dist. excid. censet Hiller, ex carm. initio aliquid excid. Postg., cf. Class. Rev. XVII 112 sqq.; neque tamen quicquam mutaverim, cf. cum Schulze Beitr. z. Erkl. d. röm. Eleg. II 17sq. tum Rothst. ad Prop. I 13, 25* 4 Atax *vel* Arabs y, Atur *Scal. et Valois Notit. Gall. 52* 5 et uenere ς

6 et euinctos V[2]*Ber.* Q ς, (in)uictos *(„corr. aut* A *ipse aut manus paulo rec., fort. Salutati" Bürger, „corr.* A[2]*" Calonghi)* A, et (e)uictos: e *i. r. 2 litt., in qua* in *fuisse censent Cartault (ed.1909) et Bürger* V[1], euictos V[2], euictos y, inuinctos *unus* ς 7 laurus ς, *cf. II 5, 63. 117* 8 portabit ς niueis Q ς, *cf. Lygd. 6, 8 Ovid. am. II 1, 24 a. a. I 214 rem. 258* 9 honor ς Tarbella *Scal.*, tua bella ω Pyrene: *cf. Marx 12sq. de v.* 9—12 *cf. O. Hirschfeld Aquitanien in d. Römerzeit, Berl. S. Ber. 1896, 434. 715*

testis et Oceani litora Santonici,
testis Arar Rhodanusque celer magnusque Garunna,
Carnutis et flavi caerula lympha Liger.
an te, Cydne, canam, tacitis qui leniter undis
caeruleus placidis per vada serpis aquis,
quantus et aetherio contingens vertice nubes
frigidus intonsos Taurus alat Cilicas?
quid referam, ut volitet crebras intacta per urbes
alba Palaestino sancta columba Syro,
utque maris vastum prospectet turribus aequor
prima ratem ventis credere docta Tyros,
qualis et, arentes cum findit Sirius agros,
fertilis aestiva Nilus abundet aqua?
Nile pater, quanam possim te dicere causa
aut quibus in terris occuluisse caput?
te propter nullos tellus tua postulat imbres,
arida nec pluvio supplicat herba Iovi.
te canit atque suum pubes miratur Osirim
barbara, Memphiten plangere docta bovem.
primus aratra manu sollerti fecit Osiris

---

26 Sen. n. q. IVa 2, 2 qui (Ovidius) ait: nec — Iovi; *de simil. Senecae erroribus cf. Bickel Diatribe in Sen. philos. fragm. I 298* 28 *cf.* Callim. fr. 176 *εἰδυῖαν φάλιον ταῦρον ἰηλεμίσαι* 29—32 Schol. Iuven. VIII 29, *cf.* Serv. in Verg. ecl. 5, 21 (Daniel.

---

10 sanctonici A *Ber.* y ς, santhonici *in scribendo ex* sanctonici *corr.* V, *cf. codd. Auson. XV 23, 7 (p. 51 Sch.) W. Schulze Eigenn. 11*[3] 11 testis erit *vel* Arar y, arax Q *pauci* ς, atax *pauci* ς Atur Duranusque *Scal. Hirschf. l. c. 715* garunna d, g(a über e)ronna *Fris.*, garũna A *Ber.*, garumna V ς 12 Carnutis *Fris.*, *cf. Leonh. 13 sq. Schulze Beitr. I 19,* Carnoti AV *(sed inter* C. *et* et *interstit. solito maius) Ber.* y, Carnuti *Dissen alii* 13 an *Itali*, at ω tacitus ς, tractis *Némethy, sed cf. Vahlen Opusc. I 360 sq.* 15 et] ab ς (a)ethereo AV ς, etereo *Ber.*, aerio *Dresd. Voss.* 16 alat *Itali*, arat ω cilices ς 18 alba: l *i. r.* A 22 habundet V, abundat C 23 possum C ς 23 sqq. *cf. Diels Sen. u. Luc. 19*[2] 27 osy(y *ex* i V?)rim AV, *de* osirin y *nihil constat* 28 memphiten g, memphitem A *Ber. et plerique, Bürger Χάριτες 386 sq.*, menphitem *(sic)* V

et teneram ferro sollicitavit humum,
primus inexpertae conmisit semina terrae
pomaque non notis legit ab arboribus.
hic docuit teneram palis adiungere vitem,
hic viridem dura caedere falce comam:
illi iucundos primum matura sapores
expressa incultis uva dedit pedibus.
ille liquor docuit voces inflectere cantu,
movit et ad certos nescia membra modos,
Bacchus et agricolae magno confecta labore
pectora tristitiae dissoluenda dedit.
Bacchus et adflictis requiem mortalibus adfert,
crura licet dura compede pulsa sonent.
non tibi sunt tristes curae nec luctus, Osiri,
sed chorus et cantus et levis aptus amor,
sed varii flores et frons redimita corymbis,
fusa sed ad teneros lutea palla pedes
et Tyriae vestes et dulcis tibia cantu
et levis occultis conscia cista sacris.
huc ades et Genium ludis Geniumque choreis

---

in georg. I 19); *cf.* Ox. Pap. I p. 37, v. 10 *(Pohlenz Χάριτες 86 sq.*[3]*)* 29—36 *affert* Guilelmus Pastrengicus De originibus rerum 88[b] 42 *cf.* II 6, 25. 26

---

30 teneram] cinerem *Schol. Iuven.* 35 iocundos *Fris.* AV *Ber.* ϛ sopores y ϛ 37 inflettere A 38 ad //// certos A *(Castiglioni)* 40 tristitia *Puccius, sed cf. Hor. c. III 17, 16,* laetitiae *Muretus* dabit ϛ 41 Afflictis requiem bachus mortalib' aff//// *Buxh.*, Bachus et ... affer *Fris.*, offert ϛ 42 compede y ϛ, cuspide AV *Ber.* y *(v. scr.)* ϛ *(in* C cuspide *vid. fuisse:* cuspide c, compede d e) uicta y *pro v. scr.*, uincta *(ex II 6, 26?)* ϛ, iuncta ϛ, multa ϛ 43 sint ϛ non ϛ osiris ϛ 44 c(h)orus A actus C 45 Et A uariis ϛ 47 dulci *unus Lipsii, cf. Lachm. Kl. Schr. II 111* 49 genium ludis y[2] ϛ, centum ludos AV *Ber.* ϛ, centum ludis ϛ, geniumque choreis ω centum ludos geniumque choreis *defend. Birt de halieut. Ovidio falso adscr., Berol. 1878, 62 sq., sed cf. Magnus Burs. 51, 289* centum] sanctum *Guyet*, genium ludis centumque choreis *Ramsay*, genium ludo geniumque choreis *Markland, qui postea* lu-

concelebra et multo tempora funde mero:
illius et nitido stillent unguenta capillo,
et capite et collo mollia serta gerat.
sic venias hodierne: tibi dem turis honores,
liba et Mopsopio dulcia melle feram.
at tibi succrescat proles, quae facta parentis
augeat et circa stet veneranda senem.
nec taceat monumenta viae, quem Tuscula tellus
candidaque antiquo detinet Alba lare.
namque opibus congesta tuis hic glarea dura
sternitur, hic apta iungitur arte silex.
te canit agricola, magna cum venerit Vrbe
serus inoffensum rettuleritque pedem.
at tu, natalis multos celebrande per annos,
candidior semper candidiorque veni.

VIII.

Non ego celari possum, quid nutus amantis
quidve ferant miti lenia verba sono.
nec mihi sunt sortes nec conscia fibra deorum,

---

dis *ci.*, centum ludos genioque choreas *Rigler* 51 e ς 53 hodierne: *cf. Leo ad Copam 25 Wackernagel Synt. I 308* tibi ... 55 tibi: *cf. Vahlen Ges. philol. Schr. II 164* 54 libaque ς mosopio AV *Ber.*, mossopia, me(s)sapio, mesopia ς melle ς, mella AV *Ber.* y ς 55 uirtus ς parentes (i[2]) *Ber.* 56 circum *Bürger Χάριτες 374* uenerata C, uenerande *Müller* 57 nec Q y ς, ne AV *Ber.* ς (*falso Baehrens et Hiller de* V), haec ς quem ς, qu(a)e AV *Ber.* C ς, quam y 60 acta ς, *cf. ad 44* 61 canet *Vatic. Statii* agricola magna ω, *cf. Ehwald Philol. Anz. XV 586 Schulze W. f. kl. Ph. 1885 Nr. 19 Birt Rh. M. 38, 219 et Jugendverse Vergils 110 sq. Müller de re metr.*[2] *394 Rothst. ad Prop. II 13, 25 (comment. et append.), improb. Lachm. ad Lucr. p. 76,* e *inser. Itali,* a *Baehrens*

VIII Conqueritur de pholoe (philoe *Ber.*) dilecta a marat(h V)o exortans eam (*om.* A) ad concubitum cum puero. R̷ca. AV *Ber.* *Ex v.* 51 Sontica *hab. Fris., vv.* 19. 41. 42. 56. 61. 62 *hab. Buxh.,* 9—14. 43—46 P 1 n On V celari ς, celare AV *Ber.* Non ego celarim, possit quid *Ald. 1502* q̷n Q amoris ς 2 ferant ς, ferat AV *Ber., corr. vid.* V[2] lenia V, leuia A *Ber.* C y; *cf. Vahlen Opusc. I 363* 3 ſ‸ortes A

praecinit eventus nec mihi cantus avis:
ipsa Venus magico religatum bracchia nodo
perdocuit multis non sine verberibus.
desine dissimulare: deus crudelius urit,
quos videt invitos succubuisse sibi.
quid tibi nunc molles prodest coluisse capillos
saepeque mutatas disposuisse comas,
quid fuco splendente genas ornare, quid ungues
artificis docta subsecuisse manu?
frustra iam vestes, frustra mutantur amictus,
ansaque conpressos colligit arta pedes.
illa placet, quamvis inculto venerit ore
nec nitidum tarda compserit arte caput.
num te carminibus, num te pallentibus herbis
devovit tacito tempore noctis anus?
cantus vicinis fruges traducit ab agris,
cantus et iratae detinet anguis iter,
cantus et e curru Lunam deducere temptat
et faceret, si non aera repulsa sonent.
quid queror heu misero carmen nocuisse, quid herbas?
forma nihil magicis utitur auxiliis:
sed corpus tetigisse nocet, sed longa dedisse

VIII 20 iratae . . . iter Charis. I 90, 13 K. 23 Ovid. am. III 7, 28

---

6 praedocuit y 8 supposuisse Q *a.* 9 ad anū (annū Pn) luxuriosam (ū Pn) et querentem placere P 9 prodest molles P (g!) 10 sepe et P (g!) 11 suçco Pp, suco *ex* fuco *Ber.*[1] genas ς, comas PAV *Ber.* y ς ornasse *sing.* ς 12 arcificis Pp 13 fr(u)stra (u *rec. m.*) Pp 14 colligit VQy *Rothst. 32,* colligat PA (sed a *corr. per ras. in* ı) *Ber.* arta Q, arcta PA, arte VCy *(ex 16), cf. Magnus Burs. 51,324* arctaque constrictos cogit aluta pedes *Ald. 1502* 15 ipsa ς 16 com(p²)serit V 17 pollentibus ς 18 tacitō (e²) V 19 deducit Q ς, d ducit: *inter duo* d *cod. perforatus est Buxh.* 21 et e caelo deducere lumina tentat y² tentat: at *i. r.*, nt *ex corr., fuit* tem/// A 25 dedisse oscula *et* 26 oscula *Ber.* femini *Statius et Belling coll. Charis. I 87. 130 K., sed Charis.*

oscula, sed femori conseruisse femur.
nec tu difficilis puero tamen esse memento:
persequitur poenis tristia facta Venus,
munera ne poscas: det munera canus amator,
ut foveat molli frigida membra sinu.
carior est auro iuvenis, cui levia fulgent
ora nec amplexus aspera barba terit.
huic tu candentes umero subpone lacertos,
et regum magnae despiciantur opes.
at Venus invenit puero concumbere furtim,
dum timet et teneros conserit usque sinus,
et dare anhelanti pugnantibus umida linguis
oscula et in collo figere dente notas.
non lapis hanc gemmaeque iuvant, quae frigore sola
dormiat et nulli sit cupienda viro.
heu sero revocatur amor seroque iuventas,
cum vetus infecit cana senecta caput.
tum studium formae est: coma tum mutatur, ut annos
dissimulet viridi cortice tincta nucis,
tollere tum cura est albos a stirpe capillos
et faciem dempta pelle referre novam.
at tu, dum primi floret tibi temporis aetas,

---

45 Prop. III 25, 13

---

verba ad hunc Tib. locum referenda esse recte negaverunt Hiller et Postg.; cf. Ovid. am. III 7, 10 Bürger Χάριτες 378
30 foueas yς, *cum* foueat *Cat. 68, 29 cont. Rothst. 47* 31 (i)uuenis: i *i. r.* A leuia A*Ber.*[1], le(u²)nia V, lenia *Ber.*[2], mollia ς 33 candentes: d *i. r.* A 35 inueniet *Scal.* succumbere C 36 tumet *Scal.* et · conserere *Heyne* 37 anhelantim ς. 38 fingere y 39 iuuant quae V, iuuantque quae A, non gemmae iuuant quae *Ber.* 41 iuuentas A[1]V(²?) *Ber.* ς, iuuentaṣ A[2], iuuenta V[1] (ſ *add. m*[2]; *m*[1] *sec. Postg. ed. 1914 et Calonghi*), iuuentus *Buxh.* (*„u verisimilius quam a“ Vollmer*) Qς 42 senetta, *ut vid.* A 43 Tum AV*Ber.*Qς, Nunc P(g!) tunc … tunc *Bürger Χάριτες 374* tum Qyς, tunc AV*Ber.*, nunc P(g!) 44 dissimilet AV*Ber.* 45 tum Qς, tunc AV*Ber.*, nunc P(g!) albas: a *in* o *corr.* A

utere: non tardo labitur illa pede.
neu Marathum torque: puero quae gloria victo est?
in veteres esto dura, puella, senes.
parce precor tenero: non illi sontica causa est,
sed nimius luto corpora tingit amor.
vel miser absenti maestas quam saepe querelas
conicit, et lacrimis omnia plena madent!
'quid me spernis?' ait. 'poterat custodia vinci:
ipse dedit cupidis fallere posse deus.
nota venus furtiva mihi est, ut lenis agatur
spiritus, ut nec dent oscula rapta sonum,
et possum media quamvis obrepere nocte
et strepitu nullo clam reserare fores.
quid prosunt artes, miserum si spernit amantem
et fugit ex ipso saeva puella toro?
vel cum promittit, subito sed perfida fallit,
est mihi nox multis evigilanda malis.
dum mihi venturam fingo, quodcumque movetur,
illius credo tunc sonuisse pedes.'
desistas lacrimare, puer: non frangitur illa,
et tua iam fletu lumina fessa tument.
oderunt, Pholoe, moneo, fastidia divi,
nec prodest sanctis tura dedisse focis.
hic Marathus quondam miseros ludebat amantes
nescius ultorem post caput esse deum;
saepe etiam lacrimas fertur risisse dolentis

71 sqq. A. P. XII 23; Prop. I 9, 1 sq. 1, 1 sqq. A. P. XII 101 *cont. Troll* 78 sq.

49 neu V^2ς, seu AV^1 *Ber.* ς 51 sontica *Fris.* A *(ex corr. recentissima m.)* y^2 *sing.* ς *velut* g, sentita AV^1, *i. m.* m^2 sentita. in exemplari uo (uero? uno? uetusto?) sentica V, sentica *Ber.* Cς, rustica Qy, scutica *sing.* ς 52 luto ς, luteo AV corpore V^2 *i. m.* ς 52—9, 21 *desunt in Ber.* 53 ut ς, uae *Itali* 55 *i. m.* m^2 querele uar. V 56 posse] sepe *Buxh.* 57 lenis V^2ς, leuis AV^1 58 ne yς 59 ut possim Q, et possim ς 61 prosunt *Buxh.* A *i. m. m. centum annis posteriore* V^2 *i. m.* ς, possunt A^1V^1Cς 62 surgit et ex *Buxh.* 66 sonnisse V pedem C, *sed cf. I 6, 62* 73 lacrymis yς

et cupidum ficta detinuisse mora:
nunc omnes odit fastus, nunc displicet illi
quaecumque opposita est ianua dura sera.
at te poena manet, ni desinis esse superba.
quam cupies votis hunc revocare diem!

IX.

Quid mihi, si fueras miseros laesurus amores,
foedera per divos, clam violanda, dabas?
a miser, et si quis primo periuria celat,
sera tamen tacitis Poena venit pedibus.
parcite, caelestes: aequum est inpune licere
numina formosis laedere vestra semel.
lucra petens habili tauros adiungit aratro
et durum terrae rusticus urget opus,
lucra petituras freta per parentia ventis
ducunt instabiles sidera certa rates:
muneribus meus est captus puer, at deus illa
in cinerem et liquidas munera vertat aquas.
iam mihi persolvet poenas, pulvisque decorem
detrahet et ventis horrida facta coma,

---

77 tibi poena manet Diom. I 314,35 K. *(antea Ciceronis nomen affertur: lac. ind. Keil, qua Philipp. II 5, 11 excid. censet; Diomed. verba ad Tib. pertinere ci. Fleckeisen.)*
IX 3. 4 Schol. Stat. Theb. V 689 6 *cf.* Ovid. am. II 14, 43 7—12 *contra Jacoby Rh. M. 64, 630 cont.* Solon. 13, 42 (Pind. Ol. II 63, 4) *Pohlenz Χάριτες 100*

---

76 apposita ς firma Q ς *ex I 2, 6* 77 manet. *et* superba, *distinx. nonnulli velut Müller* 78 diem] tuis Q
IX Dilecti pueri fidem pretio corruptam conqueritur multa deuouens in eum. ℞ca. AV. *vv.* 18. 45. 46 *hab. Fris.,* 18. 4. 24 *Buxh.,* 3—4. 7—10. 23—24. 27—28. 51—52 P 1 q Vid V amore^s: s *m*[1], *ut vid.* V 3 ah PV, ha Ay miser ē Py etsi quis V[2] ha miser et si quis primo periuria collat | sera tamen tacitis pena uenit pedibus *floril. Veron. a. 1329 scr. p. 24, 2* 4 pen// ue//it *Buxh.* 7 lucra: c *l. r. ex* t, *ut vid.* A abili .. aratc Pn 9 petituras PV[2]ς, ·petituros AV[1] 10 ducant y instābiles, *sed - paene evan.* Pp syͥdera certa *i. m. repet.* V[2] 12 munera: *altera* u *hasta i. r.* V

uretur facies, urentur sole capilli,
deteret invalidos et via longa pedes.
admonui quotiens 'auro ne pollue formam:
saepe solent auro multa subesse mala.
divitiis captus si quis violavit amorem,
asperaque est illi difficilisque Venus.
ure meum potius flamma caput et pete ferro
corpus et intorto verbere terga seca.
nec tibi celandi spes sit peccare paranti:
est deus, occultos qui vetat esse dolos.
ipse deus tacito permisit lene ministro,
ederet ut multo libera verba mero,
ipse deus somno domitos emittere vocem
iussit et invitos facta tegenda loqui.'
haec ego dicebam: nunc me flevisse loquentem,
nunc pudet ad teneros procubuisse pedes.

---

16 *cf. Goetz Arch. f. l. Lex. II 338 Leo ad Plaut. Bacch. 929* 19 diuit(c)iis V² *i. m.* Q ς, Ɗ (= Ɗ)uicijs AV 23—28 (*om.* 25. 26 = P) Tibulus in libro de felicitate pauperis uite (= P) Ne (= P) tibi cellandi spes sit peccare paranti Est deus occultos qui uetat esse dolos. Ipse deos somno domitos emittere uocem cogit et inuitos fata tegenda loqui *floril. Veron. p. 1, 2* celandi spes P, celanti fas AV *Ber., cf. Rothst. 34 sq.* 24 est . . . uetat P, est . . . uetet *Buxh.*, sit . . . uetet AV *Ber.* ς, *de* P *dubit. Jacoby B. ph. W. 1909, 1465*, scit ς ēē dolos: *4 litt. eras.* deos *ut vid.* Pp 25 tacito: ci *i. r.* A lene V² *Ber.*² Q ς, leue AV¹ *Ber.*¹, l(a)eua y ς, s(a)eua ς, *multa adhuc temptata sunt, e. g.* saepe *Muret.*, uela *Scal.*, frena *Burm. Sec.*, lora *Santen*, nonne *Lachm.*, lingua *Rigler et multi*, uerba *et* 26 lingua *Francken*, uina *Postg. (cf. Class. Rev. 19, 213. 23, 186) Deutsch „haec omnia futtilia. ne rectum desit obiectum permittendi verbo (nam versu 26 non tam significatur id quod permittitur quam id quod inde consequitur), desideramus aut bibendi notionem aut vini. Quam ob rem crediderim vere scriptum esse* lene, *quo adiectivo (cf. Ter. Heaut. 459, Hor. c. III 29, 2) etiam nullo apposito substantivo (cf. ἄκρατος, merum sim.) in sermone cottidiano vinum interioris notae appellatum esse fortasse ex hoc versu discendum est. dolose deum occulta sciscitari non minus versib. 25 sq. quam 27 sq. poeta fingit." (Fraenkel)* 28 cogit et inuitos: *corr.*² *ex* mutos Pp, inuictos fcā Pn

tunc mihi iurabas non ullo divitis auri
  pondere, non gemmis, vendere velle fidem,
non tibi si pretium Campania terra daretur,
  non tibi si Bacchi cura Falernus ager.
illis eriperes verbis mihi sidera caeli
  lucere et puras fulminis esse vias.
quin etiam flebas: at non ego fallere doctus
  tergebam umentes credulus usque genas.
quid faciam, nisi et ipse fores in amore puellae?
  sed precor exemplo sit levis illa tuo.
o quotiens, verbis ne quisquam conscius esset,
  ipse comes multa lumina nocte tuli!
saepe insperanti venit tibi munere nostro
  et latuit clausas post adoperta fores.
tum miser interii stulte confisus amari:
  nam poteram ad laqueos cautior esse tuos.
quin etiam adtonita laudes tibi mente canebam,
  et me nunc nostri Pieridumque pudet.
illa velim rapida Volcanus carmina flamma
  torreat et liquida deleat amnis aqua.
tu procul hinc absis, cui formam vendere cura est
  et pretium plena grande referre manu.
at te, qui puerum donis corrumpere es ausus,
  rideat adsiduis uxor inulta dolis,
et cum furtivo iuvenem lassaverit usu,
  tecum interposita languida veste cubet.

---

31 non ullo *Vahlen, cf. I 4,36. 7,2,* nullo tibi AV[1] *Ber.* Cς, nullo te V[2] *Ald. 1502* ς, nullius *vel* nullo tibi y 35 eriperes CQς, eriperet AV *Ber.* 36 et *om. Ber.*[1], *add.*[2] fulminis deg *recte, cf. Leo G. G. A. 1898, 59,* fluminis AV *Ber.* ς

39 faceres V[2] *i. m.* Qς 40 sed precor . sit Cy, s(it) (p)r$^{e^2}_{\wedge}$cor ... sed A (it *i. r.* p *i. r., interstit. non ras.,* e *ssc. m*[2]) = V *Ber.*, sit *i. m. m*[2] V, sic precor exemplo sit l. l. t. ς, sit pr. ex., sit l. l. t. *Baehrens* 44 et ς, sed AV *Ber.* ς clausas *Ber.*[2]ς, clausos AV *Ber.*[1] 45 tum AV *Ber.* ς, *sed cf. Jacoby B. ph. W. 1909, 1465, aliter Rothst. 18 sq.,* o *Fris.,* tunc *Bürger Χάριτες 375,* A *Müller* confixus *Fris.* amori y 48 at *nescio quis* 51 sit procul a nobis formam cui P, formam cui *prob. Marx 227*

semper sint externa tuo vestigia lecto,
et pateat cupidis semper aperta domus:
nec lasciva soror dicatur plura bibisse
pocula vel plures emeruisse viros.
illam saepe ferunt convivia ducere Baccho,
dum rota Luciferi provocet orta diem.
illa nulla queat melius consumere noctem
aut operum varias disposuisse vices.
at tua perdidicit, nec tu, stultissime, sentis,
cum tibi non solita corpus ab arte movet.
tune putas illam pro te disponere crines
aut tenues denso pectere dente comas?
ista haec persuadet facies, auroque lacertos
vinciat et Tyrio prodeat apta sinu?
non tibi, sed iuveni cuidam volt bella videri,
devoveat pro quo remque domumque tuam.
nec facit hoc vitio, sed corpora foeda podagra
et senis amplexus culta puella fugit.
huic tamen accubuit noster puer: hunc ego credam
cum trucibus venerem iungere posse feris.
blanditiasne meas aliis tu vendere es ausus,
tune aliis demens oscula ferre mea?
tunc flebis, cum me vinctum puer alter habebit
et geret in regno regna superba tuo.
at tua tum me poena iuvet, Venerique merenti
fixa notet casus aurea palma meos:
'hanc tibi fallaci resolutus amore Tibullus
dedicat et grata sis, dea, mente rogat.'

---

60 uel] quam y 61 conuiuia *ex* conuiuam V 65 at A *Ber.*, aut V, haec V^2 *i. m.* 68 et ς pectere V^2 *Ber.* Qς, pectore AV^1 69 ista h(a)ec V^2 *i. m. Ber.* CQς, ista AV^1, istaec *Lachm. ad Lucr. p. 267* 71 bella *i. m. repet.* V^2 73 nec V^2 *i. m.* Qς, hec AV^1 *Ber.*, non ς 75 huic Qyς, hunc AV *Ber.*ς, hic *Cartault* 76 trucibus: tru *i. r.* A 79 tunc AV, tum ς, tu Q uictum y 81 tum ς, dum AV *Ber.* C, tunc *Bürger Χάριτες 375* pęne, a *ssc.* m^2 V

X.

Quis fuit, horrendos primus qui protulit enses?
quam ferus et vere ferreus ille fuit!
tum caedes hominum generi, tum proelia nata,
tum brevior dirae mortis aperta via est.
an nihil ille miser meruit, nos ad mala nostra
vertimus, in saevas quod dedit ille feras?
divitis hoc vitium est auri, nec bella fuerunt,
faginus adstabat cum scyphus ante dapes.
non arces, non vallus erat, somnumque petebat
securus varias dux gregis inter oves.
tunc mihi vita foret, vulgi nec tristia nossem
arma nec audissem corde micante tubam:
nunc ad bella trahor, et iam quis forsitan hostis
haesura in nostro telá gerit latere.
sed patrii servate Lares: aluistis et idem,
cursarem vestros cum tener ante pedes.
neu pudeat prisco vos esse e stipite factos:
sic veteris sedes incoluistis avi.
tunc melius tenuere fidem, cum paupere cultu
stabat in exigua ligneus aede deus.
hic placatus erat, seu quis libaverat uvam,

---

20 *cf.* Prop. IV 1, 6 Ovid. Fast. I 201

X Detestatur bella laudans etatem primam (primam etatem V) et pacem. ℞ca. AV *Ber., libro II eleg. addixerunt pauci* ς. *Ex v.* 8 sciphus *hab. Fris.,* 1—10. 33—50 *exst. in* P 1 q Vis V, *i. m.* m^2 qui V 2 qua(m *i. r.*) A 3 Tum PCς, Tunc AV *Ber.* ς tum] tunc *pauci* ς 4 tum AV *Ber.* Cς, tunc *pauci* ς, et P 5 an AV[1] *Ber.* yς, at *i. m.* V[2]ς, ha ς Forsan et ille nihil m. P mal$\underset{\cdot}{i}^{a^2}$ Pp 7 diuiti▒s: *1 litt. eras.* Pn 8 aptabat Pp scyphus ς, sciphus *Fris.* Pp, ciphus Pn AV *Ber.*, siphus Q dapes] merum P 9 arces *i. m.* m^2 aries V erat: *cf. Kühner*[2] *II 1, 50 Magnus ad Ovid. met. I 99* sompnosque P 10 sparsas ς 11 uulgi AV *Ber.* ς, dulcis ς 12 tremente *ssc.* m^2 VC 15 dii patri *(cf. II 1, 17) vel* sed y 17 uos: u *i. r. ex* n A ex y, a ς 18 ueteris ς, ueteres AV *Ber.* y 19 Tum ς 21 libauerit *corr. in* libauerat Q, libauerat *vel* por-

seu dederat sanctae spicea serta comae,
atque aliquis voti compos liba ipse ferebat
postque comes purum filia parva favum.
at nobis aerata, Lares, depellite tela,
. . . .
hostiaque e plena rustica porcus hara.
hanc pura cum veste sequar myrtoque canistra
vincta geram, myrto vinctus et ipse caput.
sic placeam vobis: alius sit fortis in armis,
sternat et adversos Marte favente duces,
ut mihi potanti possit sua dicere facta
miles et in mensa pingere castra mero.
quis furor est atram bellis accersere mortem?
inminet et tacito clam venit illa pede.
non seges est infra, non vinea culta, sed audax
Cerberus et Stygiae navita turpis aquae:
illic percussisque genis ustoque capillo
errat ad obscuros pallida turba lacus.
quam potius laudandus hic est, quem prole parata
occupat in parva pigra senecta casa!

---

32 Ovid. her. I 31 sq.

---

tauerat y uuam *Ber.* ς, una V^1, uʰam: m *non* m^1, *ut vid.* V^2, uua A 23 ipse ς, ipsa AV *Ber.* 25 tel̦la *Ber.*, tella Q *p.* 25 *lac. ind.* V^2 *Ber.*^{2}, *in quibus adscr. est* deficit, *Pontanus (cf. Lachm. edit.) et multi, cf. Belling Alb. Tib.* 252[1], *contra disput. Ehwald Philol. Anz. XV 590 Magnus Burs. 51, 307 Witte Tibull 48* 26 hostia erit plena ς, nostraque, m^2 hostia Q mistica Q ς portus *Ber., corr.*^{2} 27 hunc ς sequor Q ṣịnịṣṭṛọ canistra V^2 30 aduersos V^2CQ ς, aduerso AV^1 *Ber.* ς 33 arcessere P, *sed in* p *ante* a *4 vel 5 litt. eras. sunt:* accer?, V^2 *i. m.* Q ς, arcescere y 36 turpis *Itali*, pauppis Pn, pu(p)pis Pp AV *Ber.* CQyς 37 percussisque AV *Ber.*, *cf. E. Maaß Orpheus 306*, perscissisque P, perculsisque ς capillos Pn 39 quam PCQς, q m̄ *corr. in* quin *(„corr. Salutati"? Bürger)* A, quin (= ς, *cf. Magnus Burs. 51, 326)*, m^1 quam V *inter* laudandus hic *supra lin. ssc.* m^2 &, *sed lineola ind.* est *expunxit ead. m.* V, et hic *ad brevem syllabam (cf. Norden Aen.* VI^2 *ad 791) tollendam* ς 40 occulit P

ipse suas sectatur oves, at filius agnos,
et calidam fesso conparat uxor aquam.
sic ego sim, liceatque caput candescere canis,
temporis et prisci facta referre senem.
interea pax arva colat. pax candida primum
duxit araturos sub iuga curva boves,
pax aluit vites et sucos condidit uvae,
funderet ut nato testa paterna merum,
pace bidens vomerque vigent, at tristia duri
militis in tenebris occupat arma situs.
. . . .
rusticus e lucoque vehit, male sobrius ipse,
uxorem plaustro progeniemque domum.
sed Veneris tunc bella calent, scissosque capillos
femina perfractas conqueriturque fores.
flet teneras subtusa genas, sed victor et ipse
flet sibi dementes tam valuisse manus.

---

46 Ovid. am. I 13, 16

---

41 at PA *Ber.* de, ut Vcy, ac *vel* aut ς; *de copulativo vocis* at *usu cf. Vahlen Ges. Philol. Schr. II 35* 42 fexo (ss[2]) *Ber.* 46 aratores ς curua AV *Ber.* ς, panda Pp(n *om. v.*) *et inde pauci* ς *(ex Ovidio), cf. Ehwald Burs. 43, 205 Magnus B. ph. W. 1885, 588* 49 bidens uomerque Pp (d *et* er *magis atro atram., in* bidens *inter* i *et* d *reliquiae alterius litt. dispic.;* u *vel* n *in* uomerq;?) Qc, bidens nom̃ q. Pn, uidens *corr. in* nitens uomer A, nitens *corr.* m^2 *in* bidens uomer V, bidens uomer(ꝗ[3]): ꝗ m^2 *Ber.* uigent Qc, que *(ssc.[2])* uigent *(i. m.)* m^2 V; uigent *hoc est tractantur, exercentur (cf. I 3, 59): Vahlen Opusc. I 158[27]*, uiderit AV[1] uident (r[2]) *Ber.*, lugent ς, uitet Pp, nitet Pn set P *propter* nitet *puto;* nitet *igitur non scribae erratum, sed consulto mutatum,* et ς, ac ς 50 arua *sup. lin. rec. m.* Pp *p.* 50 *lac. ind. Haupt Opusc. III 38 sqq., qui dist. a uoce* Pace *incepisse ci. prob. cum aliis Jacoby B. ph. W. 1909, 1469* 51 e lucoque CQς, *corr. fort.* m^1 *ex* elutoque V, e lutoque *Ber.*[1], *coniunxit Ber.*[2] = Aς, e luco reuehit *Carrio, cf. Lachm. Kl. Schr. II 110, prob. Leo Unters. II 27[12], aliter G. G. A. 1898, 60* ipse y *pro v. scr.* ς, ipso AV *Ber.* y 54 per fractas VQ 55 teneras[s]: s m^2 V

at lascivus Amor rixae mala verba ministrat
inter et iratum lentus utrumque sedet.
a, lapis est ferrumque, suam quicumque puellam
verberat: e caelo deripit ille deos.
sit satis e membris tenuem rescindere vestem,
sit satis ornatus dissoluisse comae,
sit lacrimas movisse satis: quater ille beatus,
quo tenera irato flere puella potest.
sed manibus qui saevus erit, scutumque sudemque
is gerat et miti sit procul a Venere.
at nobis, Pax alma, veni spicamque teneto,
perfluat et pomis candidus ante sinus.

---

59 ꝉ a A, *cf. ad I 4, 81*, nam Q, at *pauci* ς   60 deripit ς, diripit AV *Ber.* ς   61 rescindere ς, perscindere AV *Ber.*, praescindere g, *sed verbum Tib. aetate non usitatum*   67 teneto: te *i. r.* A   68 perfluat Cς, prefluat AVς, perfimat m^1 perfiluat m^2 *Ber.*, profluat ς

ALBII TIBULLI

LIBER SECUNDUS

I.

Quisquis adest, faveat: fruges lustramus et agros,
ritus ut a prisco traditus extat avo.
Bacche, veni, dulcisque tuis e cornibus uva
pendeat, et spicis tempora cinge, Ceres.
luce sacra requiescat humus, requiescat arator,
et grave suspenso vomere cesset opus.
solvite vincla iugis: nunc ad praesepia debent
plena coronato stare boves capite.
omnia sint operata deo: non audeat ulla
lanificam pensis inposuisse manum.
vos quoque abesse procul iubeo, discedat ab aris,
cui tulit hesterna gaudia nocte Venus.
casta placent superis: pura cum veste venite
et manibus puris sumite fontis aquam.
cernite, fulgentes ut eat sacer agnus ad aras
vinctaque post olea candida turba comas.

II 1 sqq. Ovid. fast. II 639—684; I 657 sqq. *(Jacoby Rh. M. 65, 50—55; 52[1])* 7 *fort. laudatur in* De dubiis nominibus V 587, 17 K., *sed locus corruptus est*

II Albii Ty(i)bulli poetę Illustris liber primus explicit feliciter. Incipit liber secundus (V, *om.* A, 2us *ssc. m. rec.*, II *Ber.*) de agri lustratione et uenere inuocanda (V, uenerem inuocandam A *Ber.*). Ꝝca. AV *Ber.* de reuerentia exhibenda festis diebus. In IIo 5—14. 29—30. 37—50. 89—90 *hab.* P 1 faueat ς, *cf. II 2, 2*, ualeat AV *Ber.* y ς 7 debạnt Pp 8 plena coronato uertice stare boues P 9 o^m^nia: *i. r. p, ut vid.*, m *ssc. recentissima m.* Pp sint V²Q ς, sunt PAV¹ *Ber.* ς operata *cf. Rothst. ad Prop. II 28, 45, aliter Sudh. ad Aetn. 383* 11 discedite ς, discedere ς 12 ẹx hesterna V, externa y ς, *cf. codd. III 4, 2 et Illm. 58[45]* 13 castra Pn ueste] mente P

di patrii, purgamus agros, purgamus agrestes:
vos mala de nostris pellite limitibus,
neu seges eludat messem fallacibus herbis,
neu timeat celeres tardior agna lupos.
tunc nitidus plenis confisus rusticus agris
ingeret ardenti grandia ligna foco,
turbaque vernarum, saturi bona signa coloni,
ludet et ex virgis extruet ante casas.
eventura precor: viden ut felicibus extis
significet placidos nuntia fibra deos?
nunc mihi fumosos veteris proferte Falernos
consulis et Chio solvite vincla cado.
vina diem celebrent: non festa luce madere
est rubor, errantes et male ferre pedes.
sed 'bene Messallam' sua quisque ad pocula dicat,
nomen et absentis singula verba sonent.
gentis Aquitanae celeber Messalla triumphis
et magna intonsis gloria victor avis,
huc ades adspiraque mihi, dum carmine nostro
redditur agricolis gratia caelitibus.

---

25 *cf.* Consol. ad Liv. 415

---

20 segnior C 22 ingeret A *Ber.* ς, ingerat V C y ς ligna *corr.* m^2 *ex* lingua A 23 saturi Q ς, satiri A *Ber.* C, satyri V y, ⌜sacri ς 24 et^ex uirgis: *ssc. fort.* m^1 V e *Bürger Χάριτες 374 coll. II 5, 97. 6, 54* arte Q ς, *cf. codd. Prop. II 3, 42* 25 uiden: n *i. r.; „ultima vocis hasta initio* i *vid. fuisse“ Bürger* A, viden *i. m. repet.* V^2; *de* uiden ut *cf. Norden Aen. VI² 319 Bürger Χάριτες 374*, rudem c, uides ς cęlestibus *i. m.* m^2 felicibus V herbis C 27 formosos y 29 *ante hunc v.* De his q^i infestis opa dant luxurie P p, In eodĕ dehis q^i festis diebus opā dant P n celebrant (= g!, *in quo corr. in* celebrent) nec P 30 rọ^u bụ^o r P p 31 se(d *i. r.*) bñ A 33 equitanae C y ς, *cf. ad I 7, 3* 34 auis ς *Scal.*, ades A V *Ber.* y ς 36 celitibus *Ber.* Q ς, celicibus (*non* celi cibus) A, cilibus *i. m.* m^2 caelitibus V, coelitibus, *sed* t *ex* c *et* ib *i. r.* g *(Leo)* agricolis . caelitibus: *cf. ad I 1, 14*

rura cano rurisque deos: his vita magistris
desuevit querna pellere glande famem,
illi conpositis primum docuere tigillis
exiguam viridi fronde operire domum,
illi etiam tauros primi docuisse feruntur
servitium et plaustro subposuisse rotam.
tunc victus abiere feri, tunc consita pomus,
tunc bibit inriguas fertilis hortus aquas,
aurea tunc pressos pedibus dedit uva liquores
mixtaque securo est sobria lympha mero.
rura ferunt messes, calidi cum sideris aestu
deponit flavas annua terra comas.
rure levis verno flores apis ingerit alveo,
conpleat ut dulci sedula melle favos.
agricola adsiduo primum satiatus aratro
cantavit certo rustica verba pede
et satur arenti primum est modulatus avena
carmen, ut ornatos diceret ante deos,
agricola et minio subfusus, Bacche, rubenti
primus inexperta duxit ab arte choros.

---

38 querna — famem: De dubiis nominibus V 580, 3 K., *sed Tibulli nomen non exstat, ante Vergilius laudatur* 53. 54 modulatus avena | carmen: *cf.* interpol. Aeneid. initium 1 sq. modulatus avena | carmen (Verg. ecl. X 51 Val. Fl. IV 386)

---

37 *a. hunc v.* Q d^1 rustica uita potius sit optanda Pp, In eod^1 qd^1 . . . Pn colo Pp, colis Pn 38 glande P*Ber.*CQς, g$^{l^2}$rande V, grande A famen A 39 primi c *(cf. 41)* tigellis AV, tegellis Pp, t^{1}ęgĕllis, *corr.* m^2 Pn 41 Ī Pn 42 suppotuisse A 43. 44 tum . tum . tum Pp, tum . cum . tum Pn pomus *i. m.* m^2 pinus V 44 irṛiguas A *(Castiglioni)* 45 aurea Pς, antea AV*Ber.*ς tunc AV*Ber.*ς, tum P (= g!), nunc ς 46 est *om. Vinc. Bellov. spec. doctr. 4, 97, habet 4, 158* 48 deposuit Pp annua *vel* aurea y 49 ingerit P (= g, *in quo corr. ex* ingerat!) Q *ed. 1472,* ingerat AV*Ber.*Cyς 50 ut PV^{2}C, et AV^1 *Ber.*ς $^{s^2}$cedula *Ber.* 53 primu(m *i. r.*) A 54 ornatus y diceret V^{2}ς, duceret AV^1 *Ber.* Cy; *de 'epos vel carmen ducere vel sim.' non est, quod cogitemus* 55 et] e *vel* est ς

huic datus a pleno, memorabile munus, ovili
dux pecoris † hircus auxerat hircus oves.
rure puer verno primum de flore coronam
fecit et antiquis inposuit Laribus.
rure etiam teneris curam exhibitura puellis
molle gerit tergo lucida vellus ovis.
hinc et femineus labor est, hinc pensa colusque,
fusus et adposito pollice versat opus:
atque aliqua adsidue textrix operata Minervam
cantat, et adplauso tela sonat latere.
ipse quoque inter agros interque armenta Cupido
natus et indomitas dicitur inter equas.
illic indocto primum se exercuit arcu:
ei mihi, quam doctas nunc habet ille manus!

---

67 Peruigil. Ven. 77 ipse Amor puer Dionae rure natus dicitur. | hunc ager cum parturiret, ipsa suscepit sinu

---

57 a plena A *(Bürger)* 58 dux pecoris $^{h^2}$yrcus . $^{|}$hauxat *(h del. m^2, cf. cod.* N *Ovid. met. V 301)* hyrcus oues A, hyrcus hauserat (auxerat *m^2 i. m.* VQ) hy(i)rcus oues VQς, hyrcus haxerat (auxerat *m^2*) hyrcus oues *Ber.*, hircus dux pecoris auxerat hircus oues *Berol. 309*, auxerat *multi* ς, hauxerat *pauci* ς, duxerat ς *Muretus Schulze Beitr. II 20 sqq., postquam I 20 secut. est* A, dux pecoris: curtas auxerat hircus opes *Waardenburg*, dux pecoris: uites hauserat hircus olens *Maaß Herm. 18, 341*, dux pecoris: uites roserat ille nouas *Robert et Knaack Herm. 18, 480, quibus adstip. Maaß, sed cf. Magnus Burs. 51, 351*, dux pecoris: teneras auxerat hircus oues *K. Jacoby; multas alias coniecturas silentio transii* 65 assidue .. mineruam AV *Ber.* Cς, assiduae .. mineruae ς textis ς 66 applauso *Reg.*, appulso ω, a pulso *Muretus*, a plauso *Rigler* tela sonat latere *vel* pectine tela sonat y latere: *Schulze Beitr. I 20* 67 ip̄e quoꝗ inter agros A *Ber.* Cς, ipse quoque inter greges V, g̣ṛẹg̣ẹṣ *expunxit et i. m. sin.* agros *nota sup.* greges *scripta ad* agros *pertinente, i. m. dext. scr.* de ortu cupidinis, *voluit igitur* ipse quoque inter agros (= A) V^2, q̣ụọq̣ụẹ *expunxit, post* inter *scr.* ꝗ *sup. lin., del. lineam sub* greges, *eras. notam super* greges, *expunxit* ạg̣ṛọṣ *i. m., voluit igitur* ipse interque greges (= ς) *manus recentior in* V *(non recte Baehrens de scripturis); cf. Wilam. Hellenist. Dicht. II 286*[1] 70 hey A, hei V

nec pecudes, velut ante, petit: fixisse puellas
gestit et audaces perdomuisse viros.
hic iuveni detraxit opes, hic dicere iussit
limen ad iratae verba pudenda senem:
hoc duce custodes furtim transgressa iacentes
ad iuvenem tenebris sola puella venit
et pedibus praetemptat iter suspensa timore,
explorat caecas cui manus ante vias.
a miseri, quos hic graviter deus urget! at ille
felix, cui placidus leniter adflat Amor.
sancte, veni dapibus festis, sed pone sagittas
et procul ardentes hinc precor abde faces.
vos celebrem cantate deum pecorique vocate
voce: palam pecori, clam sibi quisque vocet,
aut etiam sibi quisque palam: nam turba iocosa
obstrepit et Phrygio tibia curva sono.
ludite: iam Nox iungit equos, currumque sequuntur
matris lascivo sidera fulva choro,
postque venit tacitus furvis circumdatus alis
Somnus et incerto Somnia nigra pede.

II.

Dicamus bona verba: venit Natalis ad aras:
quisquis ades, lingua, vir mulierque, fave.

---

73 iuuenis y opes ς, opus AV *Ber.* ς 74 limem adiratae A 76 intenebris ς 77 timorem *Ber.* 79 ah V ς, ha A *Ber.* 83 uacate (o[2] sscr.) V uocate, 84 uoce *dubit. interp. Heyne Hiller Polle alii, sed cf. Magnus Burs. 51, 295; cf. praeterea Ovid. met. X 3,507 Licent. ad Augustin. 26* 86 Ostrepit A *(Castiglioni)* 87 nam C, nam iungit nox Q 88 martis *Ber.* choro V[2]Q ς, thoro AV[1]C, toro y 89 Accedit Pn, accidit (e sscr.) Pp tacitis PnCQ ς furuis ς *Heins.*, fuluis PAV *Ber.* ς *(ex 88? nisi forte* l *et* r *ut saepe inter se confunduntur)*, fuscis ς, *cf. Lygd. 4, 55* 90 uana Qy *(pro v. scr.)* ς, *cf. Lygd. 4, 3. 56*

II Ad cornutũ (chorinthum V) de uotiuo sacrificio sui natalis. ℞ca. AV *Ber.* 13—16 *hab.* P 1 d Icamus V ad aras *vel cum* Dicamus bona uerba *(sic Müller) vel cum* quisquis ades coniunx. *quidam*

urantur pia tura focis, urantur odores,
quos tener e terra divite mittit Arabs.
ipse suos Genius adsit visurus honores,
cui decorent sanctas mollia serta comas.
illius puro destillent tempora nardo,
atque satur libo sit madeatque mero,
adnuat et, Cornute, tibi, quodcumque rogabis.
en age, quid cessas? adnuit ille: roga!
auguror, uxoris fidos optabis amores:
iam reor hoc ipsos edidicisse deos.
nec tibi malueris, totum quaecumque per orbem
fortis arat valido rusticus arva bove,
nec tibi, gemmarum quidquid felicibus Indis
nascitur, Eoi qua maris unda rubet.
vota cadunt. utinam strepitantibus advolet alis
flavaque coniugio vincula portet Amor,
vincula, quae maneant semper, dum tarda senectus
inducat rugas inficiatque comas.
tunc veniat Natalis avis prolemque ministret,
ludat et ante tuos turba novella pedes.

---

19 cf. Ovid. ex P. IV 8, 9. 10

---

4 e] a y   5 adsit genius d e ς   6 decorant y   florea ς, *cf. I 1, 12. 2, 14*   7 illius e *pauci* ς   destillent ς, distillent AV *Ber.*   9 cornute (*voluit* corınte = ς) V, cherinthe y *pro v. scr* ς   annuat et quodcumque tibi cornute rogabis Q   13 ne tibi quesieris cotum Pp, te tibi . totum Pn   quodcumque Qς   14 mortis *corr.*[1] in fortis Pn   aura Pp   15 quidqd: d *in* c *per ras.* A   indis PV[2]ς, undis AV[1] *Ber.*   17 cadunt utinam AV *Ber.* ς, cadunt uiden ut ς, *cf. ad II 1, 25*   19 uincula quae maneant *Ber.* Qς, y *fort.*, *cf. Magnus Burs. 51, 329*, uinculaq; (et supra v) maneant: et *m*[2] *(sec. Bürgerum ssc. Salutati)* A, uincula quae et maneant VCς   20—3, 49 *deest* V[1], *suppl.* V[2]   21 tunc *temptavi*, hic ueniat A *Ber. Magnus Burs. 51, 336 sq.*, hec ueniat c(-et V) ... ministret (-at V[2]) V ς   natalis anus y   auis *fort. dittographiam syllab.* -alis *praecedentis esse et in locum vocis alicuius, quae exciderit, successisse ci. Jacoby*, huc (= ς) ueniat natalis auis prolemque ministret *Muretus*, hac uenias natalis aut prolemque ministres *Heins.*, hic ueniat natalis, auis prolemque

III.

Rura meam, Cornute, tenent villaeque puellam:
ferreus est, heu heu, quisquis in urbe manet.
ipsa Venus latos iam nunc migravit in agros,
verbaque aratoris rustica discit Amor.
o ego, cum adspicerem dominam, quam fortiter illic
versarem valido pingue bidente solum
agricolaeque modo curvum sectarer aratrum,
dum subigunt steriles arva serenda boves!
nec quererer, quod sol graciles exureret artus,
laederet et teneras pussula rupta manus.
pavit et Admeti tauros formosus Apollo,
nec cithara intonsae profueruntve comae,
nec potuit curas sanare salubribus herbis:
14 quidquid erat medicae vicerat artis amor.
14a ipse deus solitus stabulis expellere vaccas
. . . .
14b et miscere novo docuisse coagula lacte,

III 1. 3. 5sqq. *cf.* Philostr. ep. 59 1 *cf.* Stat. silv. V 2,1 4 *cf.* Mosch. A. P. XVI 200 6 *cf.* Lucr. V 208 Verg. Georg. I 64 11 Verg. ecl. 10, 18 *(cf. Hosius)* Ovid. her. 5, 151 Lygd. 4, 67 13 Prop. II 1, 57sq.; *cf. Ehw. ad Ovid. met. I 522*

---

ministret *Drenckhahn*, hic ueniat natalis auis, prolesque ministret, ludat ut (= ς) *Baehrens Rothst. 96, nisi quod hic* et *retin.*, haec ueniat, Natalis, auis *cum* ς *Postg. qui ipse ci.* haec ualeat, Eueniat *Housman*, Sic, Natalis, auis *Ehwald D. L. Z. 1895, 937sqq. cf. Philol. 54, 459, Michaelis*

III De puella in agro pōita cōquerit ad cornutū. Et quod puella diuitibus ṗtio (precio *Ber.*) delectentur. ℞ca. A *Ber.*, *nihil in* V². *Singula verba ex vv.* 63. 19. 10 *hab. Fris.*, 35—42. 45—48 P
1 R Vra V² tenent . meam Q *edd. vett.* c(h)e(o)rint(h)e ς
2 heu ~~heu~~ A, eheu ς 3 laetos V²ς, *sed cf. Rothst. 98sq.* 9 que^{re}rer quam V², querer *Ber.* 10 pussula *Fris.*, pustula AV² *Ber.* ς ructa V² 11 admeti V²Qς, armenti A *Ber.* Cς, armēti *ex* admeti *corr. Vatic. 2794 a Baehrensio adhib.* 12 cithera: e *corr. in* a A, cythera V², cithera (cythara *m*²) mihi tonse *Ber.* *p.* 14a *lac. ind.* A²V² (⊢ *i. m. inter* 14a *et* b) *Ber.*², *lac. expl.* Qyς *versibus Pontani, Senecae, Aurispae, aliorum, quorum supplem. enum. Leonh. 23sq.; cf. etiam Lachm. edit.*

lacteus et mixtus obriguisse liquor.
tunc fiscella levi detexta est vimine iunci,
raraque per nexus est via facta sero.
o quotiens illo vitulum gestante per agros
dicitur occurrens erubuisse soror!
o quotiens ausae, caneret dum valle sub alta,
rumpere mugitu carmina docta boves!
saepe duces trepidis petiere oracula rebus,
venit et a templis inrita turba domum;
saepe horrere sacros doluit Latona capillos,
quos admirata est ipsa noverca prius.
quisquis inornatumque caput crinesque solutos
adspiceret, Phoebi quaereret ille comam.
Delos ubi nunc, Phoebe, tua est, ubi Delphica Pytho?
nempe amor in parva te iubet esse casa.
felices olim, Veneri cum fertur aperte
servire aeternos non puduisse deos.
fabula nunc ille est, sed cui sua cura puella est,
fabula sit mavolt quam sine amore deus.
at tu, quisquis is es, cui tristi fronte Cupido
imperat, ut nostra sint tua castra domo,
. . . .
ferrea non Venerem, sed praedam saecula laudant,
praeda tamen multis est operata malis.
praeda feras acies cinxit discordibus armis:

---

16 Ovid. fast. IV 770 23 *cf.* Val. Fl. I 447 sqq. 28 *cf.* Ovid. a. a. II 239 sq. 30 *cf.* A. P. V 100 32 *cf.* C. L. E. 937 B. *(Leo)*

14c mixtus A *Ber.* y ς, miſtus V[2], mixtis ς, mulctris *Rigler*, mixtu subriguisse *Lachm.* 15 tum *singuli* ς fiscella: c *per ras. ex* t A, fisella *Ber.* texta est de uimine y *pauci* ς 16 sero *Fris.* 19 ualle: l *alt. i. r.* A 27 Delias, *corr.* m[2] *Ber.* pytho ς, phito A *Ber.* C ς, phiton V[2] Q y 30 aeternos] et teneros V[2] p(u)duisse: u *i. r.* A 31 illa V[2] cara ς 33 es V[2], est A *Ber.* Q ς tristi cui Q *Dresd.* ς, *cf. Marx 223* 34 imperat in ς, imperitat ς *p.* 34 *lac. ind. Lachm., cf. Bürger* Χάριτ. *383, aliter Wilhelm Rh. M. 59, 283*[3] 35 *a. hunc v.* Que mala secum ferant diuitie P p. In eodē q̄ . . . . P n pacem s; p̆dam P 36 adopta P, *cf. codd. II 5, 95* 37 cinſit V[2], cingit Q anni[s] P n

hinc cruor, hinc caedes mors propiorque venit.
praeda vago iussit geminare pericula ponto,
bellica cum dubiis rostra dedit ratibus.
praedator cupit inmensos obsidere campos,
ut multa innumera iugera pascat ove;
cui lapis externus curae est, urbisque tumultu
portatur validis mille columna iugis,
claudit et indomitum moles mare, lentus ut intra
neglegat hibernas piscis adesse minas.
at mihi laeta trahant Samiae convivia testae
fictaque Cumana lubrica terra rota.
heu heu divitibus video gaudere puellas:
iam veniant praedae, si Venus optat opes,
ut mea luxuria Nemesis fluat utque per urbem
incedat donis conspicienda meis.
illa gerat vestes tenues, quas femina Coa
texuit auratas disposuitque vias;
illi sint comites fusci, quos India torret
Solis et admotis inficit ignis equis;
illi selectos certent praebere colores

---

38 Ovid. fast. VI 599

---

38 cruor] furor V^2 ς morsq; ꝑpinqua P, propriorque V^2 *Ber. (corr.)* 40 cum tribuit dubie bellica rostra rati P ṇạụịḅụș *i. m.* ał ratibus V^2 41 obsidere PV^2Qς, obsistere A*Ber.*yς 42 ut P*Ber.*V^2Qς, et Aς multo innumeram (-as) iugere pascat ouem (-es) ς, *cf. Lachm. Kl. Schr. II 190 Leo ad Plaut. Men. 913,* multa innumeram iugera pascat ouem Q 43 tumultu V^2Qς, tumulti A*Ber.*, tumultus yς 44 mille] multa ς colum(na *i. r.*) A

45 claudat Pp, plaudat Pn lēt' ū Pn 46 pisc$^{i^2}$ēs Pn; *p. hunc v.* de nimio dico dolore Pp *(verba pertinent ad II 4, 11), titulum om.* Pn 47 mihi P, tibi AV^2 *Ber.* ς; *dist. pro parenth. hab. Jacoby Rh. M. 64, 625;* tibi *defend. Rothst. 27, qui pron. ad Cornutum rettulit* coniugia Pn ueste Q 48 cū mana Pn rosa Pp 50 *inc.* V 51 atque Q orbem y 53 ille Qy gerat *sing.* ς *Ald. 1502,* gerit ω 55 sunt Qy t$^{o^2}$erret *Ber.* 57 illi *corr.* m^2, *ut vid., ex* ille *et ssc.* i V selectos: *coniunx.* m^2 V cer$^{t^2}$ṇent V

Africa puniceum purpureumque Tyros.
nota loquor: regnum ipse tenet, quem saepe coegit
barbara gypsatos ferre catasta pedes.
at tibi dura seges, Nemesim qui abducis ab urbe,
persolvat nulla semina certa fide.
et tu, Bacche tener, iucundae consitor uvae,
tu quoque devotos, Bacche, relinque lacus.
haud inpune licet formosas tristibus agris
abdere: non tanti sunt tua musta, pater.
o valeant fruges, ne sint modo rure puellae:
glans alat, et prisco more bibantur aquae.
glans aluit veteres, et passim semper amarunt:
quid nocuit sulcos non habuisse satos?
tunc, quibus adspirabat Amor, praebebat aperte
mitis in umbrosa gaudia valle Venus.
nullus erat custos, nulla exclusura dolentes
ianua: si fas est, mos precor ille redi.
. . . .
horrida villosa corpora veste tegant.
nunc si clausa mea est, si copia rara videndi,

77 cf. Ter. Eun. 636 sqq.

p. 58 *lac. ind. Lachm.* 59 nota loquor: *cf. Magnus B. ph. W. 1885, 589* loquor *Ber.* C Q ς, liquor AV ipse AV *Ber.*, ipsa Q *pauci* ς, ille *Guyetus*, iste *Heyne* quem ς, quem *vel* quae y, que A *Ber.*, q̃ V 60 tartara *Ber.* gipsatos *Fris.* Q *sing.* ς, gypsatos *vel* luxatos y, bipsatos AV, bissatos ς, bipsata *Ber.* 61 seges] Ceres *Heins., sed cf Dir. 11 (Wilhelm Rh. M. 59, 279)* nemesim qui abducis V^2CQ ·, nemesis (ne mesis A) qui abducit (abduc̄ A) AV^1 *Ber.*, nemesim quae abducis ς, *sed cf. Leo Plaut. Forsch.*[2] *359* 62 resoluat y certa ς, terra AV *Ber.*, *sed de A lic. dubitare, voluit fort. primo* certa, *cf. Calonghi Riv. di filol. 47, 232* 63 iocunde AV ς, *cf. I 7, 35* 64 tu quoque: *cf. Leo G. G. A. 1897, 974* phebe ς 66 addere V 67 modo ne sint Q 68 et *ssc.* m^2 *(*m^1 *Bürger)* A 70 stultos *Ber.* 71 tum ς, *fort. vere, cf. Housman ad Lucan. I 490 (Fraenkel)* aspirat *ssc.*[2] ba *Ber.* 73 dolentes: e *alt. in* i m^2? V *p.* 74 *nulla lac. in* AV *Ber., lac. ind.* V^2, *in* A *m. paulo rec. (Poggio vel Niccoli sec. Bürgerum) adscr. commentum Philelphi* o ut ueteri peragrantes more puelle; *alia suppl. alii, de* y *cf. Belling Quaest. Tib. 23*[3], *de* C *cum* y *consent. Hiller Rh. M. 37, 571* 76 tegat V *ex corr. et sing.* ς

heu miserum, laxam quid iuvat esse togam?
ducite: ad imperium dominae sulcabimus agros,
non ego me vinclis verberibusque nego.

IIII.

Hic mihi servitium video dominamque paratam
(iam mihi, libertas illa paterna, vale),
servitium sed triste datur, teneorque catenis,
et numquam misero vincla remittit Amor,
et seu quid merui seu quid peccavimus, urit.
uror, io, remove, saeva puella, faces!
o ego ne possim tales sentire dolores,
quam mallem in gelidis montibus esse lapis,
stare vel insanis cautes obnoxia ventis,
naufraga quam vasti tunderet unda maris!
nunc et amara dies et noctis amarior umbra est,
omnia nunc tristi tempora felle madent.
nec prosunt elegi nec carminis auctor Apollo:

---

80 *cf.* Philostr. ep. 23 Aristaen. ep. II 2; *cf. illam auctoramenti formulam e. g. Plaut. Poen. 146 Petron. 117, 4 (Fraenkel)* IIII 7 *cf.* C. L. E. 1211, 9 B. 9 obnoxia uentis *eod. v. loco* Aetna 287 13 *cf.* Culex 12 *(cum Leonis nota)* Aetna 4

---

78 lassam *vel* lapsam ς iuuet A

IIII Conqueritur de nemesy(i V) et (*om.* V) quod sit amoris uinculis innodatus quodque non prosint muse. sed premia poscat amasia. et poscentes p̃tia (munera V) execratur. ℞ca. AV *Ber.* 11—12. 27—30 *insunt in* P 1 Hic *Ber.* ς, Sic A ς, s Ic V 2 paterna V^2 *i. m.* C Q y^2 ς, paterue A V^1 *Ber.* ueni y^2; *interp. Fraenkel* 3 teneorque m^2 *ex* teneroque V 4 remittit Q c, remittet AV *Ber.* y ς 5 seu nil peccauimus *Heins.* urit y^1 (*sic Heins., de* y^2 *nihil adnot.*, uror?) 7. 8 *inter se cohaerere negavit Jacoby B. ph. W. 1909, 1469* 7 possem Q ς 8 ꝝ quam A 10 uasti *Ber.* C Q ς, quam tunderet *ssc.*² uitrei quā² A, q̃, uitrei *i. m.* m^2 quam uasti V, uitrei *Guarnerianus, cf. Lygd. 4, 85;* uasti *ex Prop. III 7, 40 interpol. esse censet Jacoby l. l. 1471* 11 huc P n unda P p 12 nunc P, *cf. Rothst. 35,* nam AV *Ber.* ς, iam *Itali; de* nam *postposito cf. Lachm. ad Lucr. p. 246 Norden Aen.* VI^2 *403* 13 auçtor A

illa cava pretium flagitat usque manu.
ite procul, Musae, si non prodestis amanti:
non ego vos, ut sint bella canenda, colo,
nec refero solisque vias et qualis, ubi orbem
conplevit, versis Luna recurrit equis.
ad dominam faciles aditus per carmina quaero:
ite procul, Musae, si nihil ista valent!
at mihi per caedem et facinus sunt dona paranda,
ne iaceam clausam flebilis ante domum,
aut rapiam suspensa sacris insignia fanis,
sed Venus ante alios est violanda mihi.
illa malum facinus suadet dominamque rapacem
dat mihi: sacrilegas sentiat illa manus.
o pereat, quicumque legit viridesque smaragdos
et niveam Tyrio murice tingit ovem.
hic dat avaritiae causas et Coa puellis
vestis et e rubro lucida concha mari.
haec fecere malas: hinc clavim ianua sensit,
et coepit custos liminis esse canis.
sed pretium si grande feras, custodia victa est,
nec prohibent claves, et canis ipse tacet.
heu quicumque dedit formam caelestis avarae,
quale bonum multis attulit ille malis!
hinc fletus rixaeque sonant, haec denique causa
fecit ut infamis † hic deus esset Amor.

---

31 Charis. I 126, 4 K. Clauim Tibullus: hinc . . sensit

---

17 et qualis *Reg. sing.* ς, equalis AV *Ber.* ς, nec qualis y orbem *Ber.* Q ς, orbem, *sed* o *i. r. m*[1], *supra* o *alterum* o *paene evanidum dispicitur* V, urbem A c 18 recurrat ς 23 donis y focis . sacris ς 27 smaraddos V 28 niuam (e[2] supra) tireo (i[2] supra) P n 29 Hic dat AV *Ber.* y ς, hic *pro adverb. hab. Magnus B. ph. W. 1893, 1548, cf. Cat. 68, 63,* Praebet P, Hinc dat ς, Addit *Postg.* et . .] preciosa potentum P 31 clauim *Charis.*, clauem ω 33 Si *Ber.* uicta V[2] *i. m.* CQ ς, incerta AV[1] *Ber.*, caeca *unus* 36 abdidit *vel* addidit *Itali* ille ς, ipse AV *Ber.* C ς, *recte? cf. Lachm. Kl. Schr. II 148* 37 causa] clauam Q 38 infamis hic deus esset ω *Witte Tib. 39*, exstet *Cartault*, nunc deus erret *Broukh.*, sic d. esset *Heins.*

at tibi, quae pretio victos excludis amantes,
  eripiant partas ventus et ignis opes:
quin tua tunc iuvenes spectent incendia laeti,
  nec quisquam flammae sedulus addat aquam;
seu veniet tibi mors, nec erit qui lugeat ullus,
  nec qui det maestas munus in exequias.
at bona quae nec avara fuit, centum licet annos
  vixerit, ardentem flebitur ante rogum,
atque aliquis senior veteres veneratus amores
  annua constructo serta dabit tumulo
et 'bene' discedens dicet 'placideque quiescas,
  terraque securae sit super ossa levis.'
vera quidem moneo, sed prosunt quid mihi vera?
  illius est nobis lege colendus Amor.
quin etiam sedes iubeat si vendere avitas,
  ite sub imperium sub titulumque, Lares!
quidquid habet Circe, quidquid Medea veneni,
  quidquid et herbarum Thessala terra gerit,
et quod, ubi indomitis gregibus Venus adflat amores,
  hippomanes cupidae stillat ab inguine equae,
si modo me placido videat Nemesis mea vultu,
  mille alias herbas misceat illa, bibam.

V.

Phoebe, fave: novus ingreditur tua templa sacerdos:
  huc age cum cithara carminibusque veni.
nunc te vocales inpellere pollice chordas,

---

49. 50 Ovid. am. III 9, 67 sq. C. L. E. 301 Engström, *cf.* 541, 12 B.
V 3 *cf.* C. L. E. 489, 3 B.

---

40 Er(r)ipiat Q ς partas V^2 *Ber.*^{2} C Q ς, portas A V^1 *Ber.*^{1} 41 tum *pauci* ς 43 ueniat V 44 exequias V^2 C Q ς, obsequias A V^1 *Ber.* 51 quid prosunt ς 55 Quid$\overset{u}{q}$ A 56 Quicquid: c *i. r.* A gerit *vel* dedit y, dedit ς 59 modo V^2 *i. m. Ber.* C Q ς, non A V^1 60 alias: *cf. Magnus Burs. 51, 297 sq.*
V Inuocatio phebi et eius laudes (laudes eius V). Rca. AV *Ber. ex vv.* 3. 78 Vocales *et ex* 34 Linter *hab. Fris.* 1 P hebe V

nunc precor ad laudes flectere verba meas.
ipse triumphali devinctus tempora lauro,
dum cumulant aras, ad tua sacra veni;
sed nitidus pulcherque veni: nunc indue vestem
sepositam, longas nunc bene pecte comas,
qualem te memorant Saturno rege fugato
victori laudes concinuisse Iovi.
tu procul eventura vides, tibi deditus augur
scit bene, quid fati provida cantet avis,
tuque regis sortes, per te praesentit aruspex,
lubrica signavit cum deus exta notis;
te duce Romanos numquam frustrata Sibylla,
abdita quae senis fata canit pedibus!
Phoebe, sacras Messalinum sine tangere chartas
vatis. et ipse precor quid canat illa doce.
haec dedit Aeneae sortes, postquam ille parentem
dicitur et raptos sustinuisse Lares;
nec fore credebat Romam, cum maestus ab alto
Ilion ardentes respiceretque deos.
Romulus aeternae nondum formaverat urbis
moenia, consorti non habitanda Remo,

---

4 meas AV *Ber.* ς, mea *Lachm., cf. Tank de Ovid. Trist. recens., Gryph. 1878, thes. V Magnus ann. soc. phil. Berol. IX 264 Michaelis Philol. 72, 390 sq.*, tuas ς. laudis .. modos (= Q) *Itali*, tua *Wisser*, sacras *Leo*, nouas *Vahlen*, pias *Postg.*; „'*nunc precor et fidibus et voce canas sic, ut cantum dirigas* (flectere) *ad laudes meas, nimirum ad laudationem a me cantandam*'; *praeit vates, succinit deus; cf. Arist. av. 217. v. 2 docet non tantum chordas* (3), *sed etiam verba* (4) *Phoebi esse.*" *(Fraenkel)*

5 deuinctus V, ^{de}uinctus A, diuinitus *Ber.* 6—101 *deest Ber., in calce (l. m.) paginae* Dum cumul▒ *(cf. 6)* 6 templa Qς

11 deditus cς, debitus AVς, *cf. codd. I 2, 99* 13 ${}^{h^2}$aruspex V 15 est, *quod hab.* ς *post* nunquam, *deest* y 18 quid Qς, quos AV, quod ς, quae canat *vel* canit *nonnulli* 20 raptos y, captos AVCQ 21—38 *pro digress. hab. et uncis inclus. Lachm., cf. van Wageningen N. Jbb. 1913, 350 sqq. Michaelis Philol. 72, 387, rectius* 23—38 *Heyne, cf. Leo Unters. 9 sqq.* 22 ardentes: e *alt. l. r.?* V 23 fundauerat y, firmauerat *unus* ς, *cf. Rothst. 64*

sed tunc pascebant herbosa Palatia vaccae,
   et stabant humiles in Iovis arce casae.
lacte madens illic suberat Pan ilicis umbrae
   et facta agresti lignea falce Pales,
pendebatque vagi pastoris in arbore votum,
   garrula silvestri fistula sacra deo,
fistula, cui semper decrescit arundinis ordo:
   nam calamus cera iungitur usque minor.
at qua Velabri regio patet, ire solebat
   exiguus pulsa per vada linter aqua.
illa saepe gregis diti placitura magistro
   ad iuvenem festa est vecta puella die,
cum qua fecundi redierunt munera ruris,
   caseus et niveae candidus agnus ovis. —
'inpiger Aenea, volitantis frater Amoris,
   Troica qui profugis sacra vehis ratibus,
iam tibi Laurentes adsignat Iuppiter agros,
   iam vocat errantes hospita terra Lares.
illic sanctus eris, cum te veneranda Numici
   unda deum caelo miserit indigetem.
ecce super fessas volitat Victoria puppes,
   tandem ad Troianos diva superba venit
ecce mihi lucent Rutulis incendia castris:
   iam tibi praedico, barbare Turne, necem.
ante oculos Laurens castrum murusque Lavini est
   Albaque ab Ascanio condita Longa duce.

---

39 *cf.* Ovid. am. III 9, 13

---

27 umbra y, umbram Q 34 pulsa ς, pulla AVς 35 Illaque sepe AV, *sed* que *expunxit* V² = Qς diti ς, ditis AVy *p.* 38 *nov. eleg. inc.* AVy *nonnulli* ς Sibille uaticinium de enea et urbe roma signaque quae uentura erant et lauri pronostica (pronostisca, *sed alt.* s *del.* V) et festa palilia refert. demum sé nemesi se recom̃/dat (demum nemesi se recommendat V). ℞ca. AV 39 J Mpiger V 40 Troyca A, Troy$^{c^2?}$a V 42 deos *i. m. m*² lares Q 44 indigen *corr. in* indigetem: em *i. r.* A 47 rutulis Qς, rutilis AVς, mihi rutulis lucent Q 49 castrum (= ς) Laurens Q, castris AV

te quoque iam video, Marti placitura sacerdos
  Ilia, Vestales deseruisse focos,
concubitusque tuos furtim vittasque iacentes
  et cupidi ad ripas arma relicta dei.
carpite nunc, tauri, de septem montibus herbas,
  dum licet: hic magnae iam locus urbis erit.
Roma, tuum nomen terris fatale regendis,
  qua sua de caelo prospicit arva Ceres,
quaque patent ortus, et qua fluitantibus undis
  Solis anhelantes abluit amnis equos.
Troia quidem tunc se mirabitur et sibi dicet
  vos bene tam longa consuluisse via.
vera cano: sic usque sacras innoxia laurus
  vescar, et aeternum sit mihi virginitas.'
haec cecinit vates et te sibi, Phoebe, vocavit,
  iactavit fusas et caput ante comas.
quidquid Amalthea, quidquid Marpesia dixit
  Herophile, Phyto Graia quod admonuit,
quasque Aniena sacras Tiburs per flumina sortes
  portarit sicco pertuleritque sinu, —
haec fore dixerunt belli mala signa cometen,

---

52 Hylia AV 53 furtim: *cf. Leo l. l. 28* uictasque AV 55 Carpite V (r[2] superscr.) septem de *unus* ς, *cf. Marx 210, sed* septem montibus *una notio* 62 longa . uia ς, longam c. uiam AV 63 lauros *cum sing.* ς *Bürger Χάριτ. 379* 64 Vescar V[2] *i. m.* Q ς, Noscar A, Noscat V[1] *p.* 66 *lac. ind. Heyne Reitzenst. Hellenist. Wundererz. 163 sq.*[1] 67 Quid quod A., quid quod *et signum interrog. post* 70 sinu *pos. Leo l. l. 14, sed cf. Michaelis Philol. 72, 388* dixit, 68 Herophile Phoebo grata *Roßbach, cf. autem Rzach R. E. s. v. Sibyllen 2082* 68 Herophile ς, Heri(y)phile AVQς Phyto *Huschke,* phebo AVς Graia *Lachm.,* grata ω quod admonuit AVCς, que quod monuit yς, *sed cf. Leo l. l. 27* 69 Quasque Qς, Quodque AVς, Quosque *unus* ς Aniena . Tiburs *Itali,* Albana *(quod ex interpretamento Albunea ortum esse censet Postg.)* . ti(y)beris AVQς 70 portarat *(cum Bellingio)* . pertuleratque *Postg.* pertuleritque Cς, perlueritque AVς, praetuleritque ς *a.* 71 *dist. excid. suspic. Hiller* 71 Haec AVCyς, Hae ς, *cf. Schulze Beitr. I 21* cometē A, cometem VC *Bürger Χάριτ. 387*

multus ut in terras deplueretque lapis,
atque tubas atque arma ferunt strepitantia caelo
audita et lucos praecinuisse fugam.
ipsum etiam Solem defectum lumine vidit
iungere pallentes nubilus annus equos
et simulacra deum lacrimas fudisse tepentes
fataque vocales praemonuisse boves. —
haec fuerant olim: sed tu iam mitis, Apollo,
prodigia indomitis merge sub aequoribus,
et succensa sacris crepitet bene laurea flammis,
omine quo felix et sacer annus erit.
laurus ubi bona signa dedit, gaudete coloni:
distendet spicis horrea plena Ceres,
oblitus et musto feriet pede rusticus uvas,
dolia dum magni deficiantque lacus,
ac madidus Baccho sua festa Palilia pastor
concinet: a stabulis tunc procul este lupi!
ille levis stipulae sollemnes potus acervos
accendet flammas transilietque sacras,
et fetus matrona dabit, natusque parenti
oscula conprensis auribus eripiet,
nec taedebit avum parvo advigilare nepoti
balbaque cum puero dicere verba senem.
tunc operata deo pubes discumbet in herba,
arboris antiquae qua levis umbra cadit,
aut e veste sua tendent umbracula sertis

---

72 ut Qς, et AVyς deplueretque ς, deplueritque A, depuleritque V 74 praetimuisse y, pertim(n)uisse ς 75 *cf. Boll R. E. s. v. Finsternisse 2359* 76 nubilus m^1 *ex* nubibus (= Q *nonnulli* ς) V annus V^2ς, amnis AV^1ς, annis ς 79 fuerunt *vel* fuerint ς 81 Et V^2 *i. m.* CQς, Ut AV^1 crepitat ς 82 eat Qς *(ex Ovid. fast. I 26)* 84 Distentet y *pauci* ς 86 deficientque Q *pauci* ς 87 At ς, *cf. Lachm. Kl. Schr. II 159, qui commend.* Ac; *aliter vid. iudicav. Haupt Opusc. I 109* 89 sole||nnis: *eras. prima* m *litt. hasta* A, solennis V 90 flam(as: *i. r.* m^2) A 91 natusque petenti y 92 comprensis ς, compressis AVy 94 puero VQς, puro A 95 operata V^2 *i. m.* CQς, operta *ssc. m. rec.* et A, et operta V^1 96 unda ς

vincta, coronatus stabit et ipse calix.
at sibi quisque dapes et festas extruet alte
caespitibus mensas caespitibusque tôrum.
ingeret hic potus iuvenis maledicta puellae,
postmodo quae votis inrita facta velit:
nam ferus ille suae plorabit sobrius idem
et se iurabit mente fuisse mala.
pace tua pereant arcus pereantque sagittae,
Phoebe, modo in terris erret inermis Amor.
ars bona, sed postquam sumpsit sibi tela Cupido,
heu heu quam multis ars dedit ista malum!
et mihi praecipue: iaceo cum saucius annum
et faveo morbo, cum iuvat ipse dolor,
usque cano Nemesim, sine qua versus mihi nullus
verba potest iustos aut reperire pedes.
at tu — nam divum servat tutela poetas, —
praemoneo, vati parce, puella, sacro,
ut Messalinum celebrem, cum praemia belli
ante suos currus oppida victa feret,
ipse gerens laurus: lauro devinctus agresti
miles 'io' magna voce 'triumphe' canet.
tunc Messalla meus pia det spectacula turbae

113 Ovid. am. III 8, 17   118 Ovid. am. I 2, 34 trist. IV 2, 52

98 ipse AVς, ante C *haud male (cf. Magnus Burs. 51, 332), attamen ex I 10, 8 vid. interpol. esse, cf. quae dixi Ph. W. 1924, 434*   99 extruet Qς, extruat AV   101 hic] et ς   mô dicta Q   102 *denuo incip. Ber.*   103 sobriu(s *i. r., ut vid.*) V   108 Eheu ς   illa ς   109 iaceo ς, taceo AV *Ber.* ς   cum ω (tum A *sec. Bürgerum, sed dubito*)   110 foueo morbum *v. scr.* yς   cum AV *Ber.* ς, tam *cum* ς *Passerat.*, dum *Statius*, quod *Rigler*, nam *Wisser*, (quin iuuat ipse dolor), *Leo* (faueo cum iuuat ipse dolor) *parenth. iud. Postg.*, cum iuuet ς   111 q (a[2]) *Ber.*   112 rep*(del)*perisse VC *prob. Rothst. 62*   113 Aut V   nam — poetas *m. rec. uncis inclus.* V   115 cum *i. m.* m^2 tum V   116 feret g, ferent A *Ber.* yς, ferent *ex* forent (= ς) V[1], geret *unus*   117 lauros Qς, *cf. ad 63*   118 triumpha (e[2]) V   119 Tum *sing.* ς

et plaudat curru praetereunte pater.
adnue: sic tibi sint intonsi, Phoebe, capilli,
sic tua perpetuo sit tibi casta soror.

VI.

Castra Macer sequitur: tenero quid fiet Amori?
sit comes et collo fortiter arma gerat?
et seu longa virum terrae via seu vaga ducent
aequora, cum telis ad latus ire volet?
ure, puer, quaeso, tua qui ferus otia liquit,
atque iterum erronem sub tua signa voca.
quod si militibus parces, erit hic quoque miles,
ipse levem galea qui sibi portet aquam.
castra peto, valeatque Venus valeantque puellae:
et mihi sunt vires, et mihi facta tuba est.
magna loquor, sed magnifice mihi magna locuto
excutiunt clausae fortia verba fores.
iuravi quotiens rediturum ad limina numquam!
cum bene iuravi, pes tamen ipse redit.
acer Amor, fractas utinam tua tela sagittas,
si licet, extinctas adspiciamque faces!

---

121 adnue: sic — sic: *cf.* Claud. Paneg. de Prob. et Olyb. cons. 160 sqq. Licent. ad Augustin. 152 sqq. *(Goldbacher)*
VI 10 Ovid. her. 15, 352 15 Ovid. am. III 9, 7 sq.

---

120 parens g, *cf. Postg. praef. IV* 121 tibi *om.* m^1, *ssc.* m^2 V 122 perpetua AV^1 (*ssc.* o m^2 V) *Ber.*
VI de (*potest esse etiam* Se, *id quod verisimilius duxerim cum Calonghi* V, Se A) amore in militiam (in miltia *Ber.*, ni milicia A) profectus rogat nemesim et detestatur lenam (lena▒ *Ber.*, leenam A) cui nomen erat (crat: c *pennae culpa vid. ortum esse, voluit* e V) phy(i V *Ber.*)rne. ℞ca. AV *Ber.* 21. 22 *hab. Fris., itemque unum verbum ex* 38 (Sopitae), 19—26 P 1 c Astra V
2 Si Qy ferat CQ *Dresd.* 3 terret V^2ς 4 ad latus *Ber.* Q, adlatus A, allatus: l *in* d m^1 *et ssc.* ad m^2 V 5 tu *ssc.* m^2 a V 6 errorem *corr. in* erronem *fort. iam* m^1 V, *i. m. adscr.* erronem V^2, erronem *i. m.* m^1 erro-nis *Ber.*, errorem ς 7 parcas ς 8 leui ς, *sed cf. Rothst. 101* portat V *pauci* ς 11 loquenti C 14 ụẹnịṭ redit V 16 Si licet y ς, Scilicet AV *Ber.* C ς, *cf. I 1, 44*

tu miserum torques, tu me mihi dira precari
cogis et insana mente nefanda loqui.
iam mala finissem leto, sed credula vitam
Spes fovet et fore cras semper ait melius.
Spes alit agricolas, Spes sulcis credit aratis
semina, quae magno faenore reddat ager:
haec laqueo volucres, haec captat arundine pisces,
cum tenues hamos abdidit ante cibus:
Spes etiam valida solatur compede vinctum:
crura sonant ferro, sed canit inter opus:
Spes facilem Nemesim spondet mihi, sed negat illa:
ei mihi, ne vincas, dura puella, deam!
parce, per inmatura tuae precor ossa sororis:
sic bene sub tenera parva quiescat humo.
illa mihi sancta est, illius dona sepulcro
et madefacta meis serta feram lacrimis,
illius ad tumulum fugiam supplexque sedebo
et mea cum muto fata querar cinere.
non feret usque suum te propter flere clientem:
illius ut verbis, sis mihi lenta veto,
ne tibi neglecti mittant mala somnia manes,
maestaque sopitae stet soror ante torum,
qualis ab excelsa praeceps delapsa fenestra

---

17 Ovid. ex P. I 6, 27sqq.; C. L. E. 949, 2sqq. B. 22 Ovid. rem. 174 fast. I 694 ex P. I 5, 26 25. 26 *cf.* I 7, 42; Ovid. trist. IV 1, 5sq. 31. 32 Ovid. trist. III 3, 81sq.

---

17 dura yC 19 Finirent multi leto mala credula uitam P fouissem ς 20 et melius cras fore semper agit P (= g[2]!) 21 spes *alt.*] et ς credita ratis *Fris.* 22 que Pp, q̃ Pn seminaque ut magno ς foenore reddit *Fris.*, reddit Q *Voss.* 5, reddet ς 24 C çũ Pn aŋnos *corr.* m^1 *in* amos Pp addidit *corr.* m^1 *in* abdidit Pp 25 cumpede uictum Pp 28 bella ς *(ex Lygd. 4,52?)* 30 quiescet Q, quiescit ς 31 Illaṃ V 32 madefacta: male (l ss.) *corr. in* made *ead. m., ut vid., et ssc.* l A, madefacta: d *ex* l m^2, *ut vid., et ssc* ∂ V feram V[2] *Ber.*[2] CQς, ferant AV[1] *Ber.*[1] ς 37 s(omr)nia: omr *i. r.* A ~~in~~ *(vel)* ~~m~~ somnia, *voluit, ut vid.* manes V, semina ς 39 fenestra est ς

venit ad infernos sanguinulenta lacus.
desino, ne dominae luctus renoventur acerbi:
non ego sum tanti, ploret ut illa semel.
nec lacrimis oculos digna est foedare loquaces:
lena nocet nobis, ipsa puella bona est.
lena necat miserum Phryne furtimque tabellas
occulto portans itque reditque sinu:
saepe, ego cum dominae dulces a limine duro
adgnosco voces, haec negat esse domi,
saepe, ubi nox mihi promissa est, languere puellam
nuntiat aut aliquas extimuisse minas.
tunc morior curis, tunc mens mihi perdita fingit,
quisve meam teneat, quot teneatve modis:
tunc tibi, lena, precor diras: satis anxia vivas,
moverit e votis pars quotacumque deos.

---

46 Ovid. am. II 19, 41

---

40 $\overset{\text{in}}{\text{ex}}$ternos: in m^1, *ut vid.*, *rec. m. corr.* externos Q 42 sim ς 45 necat ς *Pontanus*, uetat AV *Ber.* ς, ueta Q phi(y)rne AV *Ber.* y ς, phrine ς, uetat miserum recipi ς *Puccius, cf. Calonghi Marginalia 20* 46 positas ς itque reditque V^2Q ς, tuncque reditque AV^1*Ber.* ς; *cf. Kramer in praef. edit. Val. Fl. XLV* 47 lumine y duro y Q ς, diro AV *Ber.* ς 49 $\overset{1}{m}$ promissa est AV^1 *Ber.* y ς, promissa mihi est V^2Q *edd. vett.* 50 pertimuisse ς 51 tum ς reddita *Ber.*

ALBII TIBULLI

LIBER TERTIUS

LYGDAMI ELEGIARUM LIBER

I.

Martis Romani festae venere kalendae —
   exoriens nostris hic fuit annus avis —
et vaga nunc certa discurrunt undique pompa
   perque vias Vrbis munera perque domos:
dicite, Pierides, quonam donetur honore
   seu mea, seu fallor, cara Neaera tamen.
carmine formosae, pretio capiuntur avarae:
   gaudeat, ut digna est, versibus illa meis.
lutea sed niveum involvat membrana libellum,
   pumex et canas tondeat ante comas,
summaque praetexat tenuis fastigia chartae
   indicet ut nomen littera facta meum,

I 9sqq. Ovid. trist. I 1, 5sqq.

Liber explicit secundus. Incipit Tertius ad Neeram amasiam suam. ℞ca. A, Albij Tibulli liber Secundus Feliciter Explicit. Incipit Tertius Ad Neeram Amasiam suam. Rubrica. V, Explicit lib. II. Incipit III feliciter. Ad neeram amasiam suam *Ber.*

I *Altera pars versus 7 exstat in* P, *in quibus Lygdami versus afferuntur quasi ex libro II* („In eodem") 1 romane: e *in* i *corr. Ber.* 2 hinc ς 7—14 *Muretus et alii iudic. Musarum responsum, similiter Ehwald Philol. Anz. XV 588* (7. 9—12? [14?]), *quem impugn. gravib. argum. Magnus Burs. 51, 306* 7 auari P 8 tuis *Muretus* *p.* 9 *lac. 2 vers. ind. Cartault* 10 Pumex et ς, Pumicet AV *Ber.* y ς, Pumex cui *Huschke* arte Q *pauci* ς 10. 11 *interp. Ehwald l. l.* 11 praetexat CQς, protexit A *(comp.)* V[1] y ς, protexat V[2] *Ber. pauci* ς tenuis] titulus *Birt Buchw. 66 sq., sed cf. Magnus Jahresb. d. Phil. Ver. IX 275* carta *unus* ς 12 picta *Livineius* meum ς, tuum AV ς

atque intra geminas pingantur cornua frontes:
sic etenim comptum mittere oportet opus.
per vos, auctores huius mihi carminis, oro
Castaliamque umbram Pieriosque lacus,
ite domum cultumque illi donate libellum,
sicut erit: nullus defluat inde color.
illa mihi referet, si nostri mutua cura est
an minor, an toto pectore deciderim.
sed primum meritam larga donate salute
atque haec submisso dicite verba sono:
'haec tibi vir quondam, nunc frater, casta Neaera,
mittit et accipias munera parva rogat,
teque suis iurat caram magis esse medullis,
sive sibi coniunx sive futura soror,
sed potius coniunx: huius spem nominis illi
auferet extincto pallida Ditis aqua.'

II.

Qui primus caram iuveni carumque puellae
eripuit iuvenem, ferreus ille fuit.

---

19 si — cura est: Mart. X 20, 9; *sed cf. Schanz II 1*[3]*, 221 Belling Alb. Tib. 30 A., vix recte Marx 224*

---

13 intra *Blümner Philol. 73, 434 sqq., qui disput. contra Birtium Buchrolle i. d. Kunst 235 sqq., Krit. u. Hermen. 299. 331, Rh. M. 63, 44; cf. etiam Wolters Archäol. Jahrb. 24, 58,* inter ω; *similiter* super *et* supra *inter se confunduntur 2, 10* 15 Per uos *Ber.* C Q ς, Per uos (ał | p uos[2]): e *i. r. m*[2]*, ut vid.: fuit igitur* Paruos V, Paruos A 16 umbram V[2] *Ber.* C Q ς, umbrosam A V[1], undam *sing.* ς 19 nostri si C est *om.* Q 20 An maneam ς 19. 20 *cf. Magnus Jahresber. d. Philol. Ver. IX 272 Burs. 51, 187* 21 meritam V[2] g, Sed primum meritum y, meritum A V[1] ς, nuncium *Ber.*, nympham Q *pauci* ς *edd. vett.* longa C, *cf. Rothst. 47 sq.* 26 sibi V[2] *i. m.* Q ς, tibi A V[1] *Ber.*

II De amore et (V, *om.* A *Ber.*) discidio (dissidio *Ber.*) conqueritur nomine ligdami et optat (V[2] *i. m. Ber.*, portat A V[1]) funeri suo (suo funeri V) interesse neeram et eiusdem ligdami epytaphium. ℞ca. A V *Ber.* 1—2 *exstant in Fris.*, 6 frangit — dolor *post inscriptionem* De contēptu diuitiar̄ *in* P 1 q Vi V ue C

durus et ille fuit, qui tantum ferre dolorem
vivere et erepta coniuge qui potuit.
non ego firmus in hoc, non haec patientia nostro
ingenio: frangit fortia corda dolor:
nec mihi vera loqui pudor est vitaeque fateri
tot mala perpessae taedia nata meae.
ergo cum tenuem fuero mutatus in umbram
candidaque ossa super nigra favilla teget,
ante meum veniat longos incompta capillos
et fleat ante meum maesta Neaera rogum.
sed veniat carae matris comitata dolore:
maereat haec genero, maereat illa viro.
praefatae ante meos manes animamque precatae
perfusaeque pias ante liquore manus,
pars quae sola mei superabit corporis, ossa
incinctae nigra candida veste legent,
et primum annoso spargent collecta Lyaeo,
mox etiam niveo fundere lacte parent,
post haec carbaseis umorem tollere velis
atque in marmorea ponere sicca domo.
illic quas mittit dives Panchaia merces

II 3 (Val. Fl. I 766: *Marx 224, qui mihi non persuasit*) 9 sqq. *cf.* Prop. II 13, 17 sqq. 13 Ovid. am. III 9, 51 *(Bürger Herm. 40, 322)*

---

3 tantum qui *unus* ς 5 patientia nostro VCς, patien(tia nro): *supra* en *rasurae vestigia*, tia n *i. r. al. m.*, rō *non i. r., sed al. m.* A, patientia nra *Ber.*, hoc patiemur et aequo *Reg. et exc. Perrei*, hoc patiemur e nostro *vel* hoc nostro patiemur *sing.* ς 7 pudor est uitaeque *Ber.* CQς, pudor — uiteq A, *cf. Calonghi Riv. di Filol. 47, 235*, pudor uitęque *(interstit. solito paulo maius)* V 8 tedia nata meę, *i. m. m²* nota (= Qς): *post* nata n *et pars litterae* a *lin. del.* V 9 Ergo cum, *i. m. m²* ego (= ς *edd. vett.*) V 10 super *Ber.*[1] ς, supra AV *Ber.* Qς 11 longos ueniat *duo* ς 15 precatae y *v. scr. pauci* ς, rogat(a)e AV *Ber.* Cyς, togatae ς 17 quae] quoque V² *i. m.* Q *sing.* ς 18 legant ς 19 spargant ς 21 uelis *Ber.*²ς, uentis AV *Ber.*¹ς, uittis *Itali* 23 diues AV *Ber.* yς, *cf. Vah. Opusc. I 359*, pinguis Qς

Eoique Arabes, dives et Assyria,
et nostri memores lacrimae fundantur eodem:
sic ego conponi versus in ossa velim.
sed tristem mortis demonstret littera causam
atque haec in celebri carmina fronte notet:
Lygdamus hic situs est: dolor huic et cura Neaerae,
coniugis ereptae, causa perire fuit.

III.

Quid prodest caelum votis inplesse, Neaera,
blandaque cum multa tura dedisse prece?
non, ut marmorei prodirem e limine tecti
insignis clara conspicuusque domo,
aut ut multa mei renovarent iugera tauri
et magnas messes terra benigna daret,
sed tecum ut longae sociarem gaudia vitae
inque tuo caderet nostra senecta sinu,
tum cum permenso defunctus tempore lucis
nudus Lethaea cogerer ire rate.
nam grave quid prodest pondus mihi divitis auri,
arvaque si findant pinguia mille boves?
quidve domus prodest Phrygiis innixa columnis,

III 5sqq. 23 ∼ Tib. I 1, 1sqq. 11—21 Hor. c. II 16 *cont. Reinert 16*

---

29 cura *Puccius*, cā̂ *(= causa)* AV[1] *Ber. (sine comp.)* CQ ς, cara V[2] *i. m.* neaerae ς, neera AV ς

III Ad neeram. ℞ca. AV *Ber.* 21. 22 *et singula verba versuum* 29 (lidius aurifer amnis) *et* 38 (luridus orcus) *exstant in Fris.*, 11—13. 16—22. 29—32 *in* P 1 q Vid V 2 *post* prece *sign. interrog. pos., post* 10 *del. Reinert 15* 5 ut *om. m*[1], *ssc. m*[2] *Ber.* 7 sociarem *Ber.*[2] ς, sociarent AV *(corr. ex sotiarent = nonnulli Heins.) Ber.*[1] C ς, sociarent et Q 11 Quid prodesse potē (pond' *i. r.* Pp) (p[t] pond' Pn *sine ras.*) graue diuitis auri P 12 a[r1]u//aq; : *ras., 2 virgul. eras.* Pp, Prataque *Vinc. Bellov. 5, 73 a* P *discrepans* fundāt Pn *et unus* ς 13 phrigii[s]: s *add. m. rec.* Pp

Taenare sive tuis, sive Caryste tuis,
et nemora in domibus sacros imitantia lucos
auratae que trabes marmoreumque solum?
quidve in Erythraeo legitur quae litore concha
tinctaque Sidonio murice lana iuvat,
et quae praeterea populus miratur? in illis
invidia est: falso plurima volgus amat.
non opibus mentes hominum curaeque levantur:
nam Fortuna sua tempora lege regit.
sit mihi paupertas tecum iucunda, Neaera:
at sine te regum munera nulla volo.
o niveam, quae te poterit mihi reddere, lucem!
o mihi felicem terque quaterque diem!
at si, pro dulci reditu quaecumque voventur,
audiat aversa non meus aure deus,
nec me regna iuvant nec Lydius aurifer amnis
nec quas terrarum sustinet orbis opes.
haec alii cupiant; liceat mihi paupere cultu
securo cara coniuge posse frui.
adsis et timidis faveas, Saturnia, votis,
et faveas concha, Cypria, vecta tua.
aut si fata negant reditum tristesque sorores,

---

31 sqq. ~ Tib. I 1, 1 sqq. *(Jacoby Rh. M. 64, 624[1], aliter Reinert 16)*

---

14 c(h)ariste V[2]Qς, thariste AV[1] *Ber.* ς 17 meritheo Pp ĩñtheo Pn, erithrea Q, ericteo y qu(a)e PV[2] *i. m. Ber.*[2] Qς ꝙ (que) in AV[1] *Ber.*[1], quae in ς *cf. Magnus B. ph. W. 1888, 330* 18 si domo Pp 20 Inuidia est P(g[2]!), Inuida q̂ : q̂ *i. r., ut vid.* A *(Castiglioni)*, Inuida quae V *Ber.* Cς 21 Non hominum mentes opibus Q *Voss. 5* hominum *Fris.* PV[2] *i. m.* ς, homini AV[1] *Ber.* curaeue Q lauant' Pn *et unus* ς 22 Nam PAV *Ber.* ς, Nec *Fris.* regit P(g), gerit *Fris.* AV *Ber.* yς 23 Sed y 24 At V[2] *Ber.* CQς, Et AV[1]yς regnum *Ber.*[1], *corr.*[2], *edd. vett.* 25 poterit quae te *unus* ς 27 nouentur *Ber.*, mouentur *unus* ς 28 auersa Qς, ạduersa V, aduersa A *Ber.* yς 29 Non P(g!) reg na: *1 litt. del.* Pn 31 Hoc *Vinc. Bellov. 5, 81 a* P *iterum discrepans* cupiũt Pn, capiunt *Vinc. 5, 81 altero loco (5, 73) cum* Pn *consentiens* 32 Securo, ulte munere P 35 At ς

stamina quae ducunt quaeque futura neunt,
me vocet in vastos amnes nigramque paludem
Ditis et ignavam luridus Orcus aquam.

IIII.

Di meliora ferant, nec sint mihi somnia vera,
quae tulit hesterna pessima nocte quies.
ite procul, vani, falsumque avertite visum,
desinite in vanis quaerere velle fidem:
divi vera monent, venturae nuntia sortis
vera monent Tuscis exta probata viris:
somnia fallaci ludunt temeraria nocte
et pavidas mentes falsa timere iubent.
et natum in curas hominum genus omina noctis
farre pio placant et saliente sale?
et tamen, utcumque est, sive illi vera moneri,
mendaci somno credere sive volent,
efficiat vanos noctis Lucina timores
et frustra inmeritum pertimuisse velit,

IIII 1sqq. *cum Lygd. eleg. cf.* C. L. E. 1109 B. *(Leo)* 10 *cf.* Serv. in Verg. Aen. V 745 Hor. carm. III 23, 20

37 in: *cf. Ovid. trist. I 2, 65* 38 Ditis et (= ς) ignauam (= *unus* ς) . . aquam *conieci, cf. 1, 28,* Diues in ignaua luridus orc(h A *Ber.* ς)us aqua AV *Ber.* ς, Diuis *unus* ς, Ditis ab *Müller*

IIII De uisione somnii in quo sibi de neera phebus uaticinatus est. ℞ca. AV *Ber.* *Verbum* sopierat (19) *affertur in Fris., tum post singula verba ex II 6 et II 5 vv.* 7—8 66; 7—8. 76. 19 (menti — est). 63 (mens — illis) *exstant in* P 1 d Ii V in somnia ς 2 externa ς, *cf. ad II 1, 12,* extrema ς 3 uan *(sc. somni)* AV^{1} *Ber.* ς, uanum V^{2}Cy 4 uanis *Muretus cf. Vah. Opusc. I 358 sq., dubit. Magnus Burs. 51, 172,* uotis AV *Ber.* ς, nobis *Guyetus,* uobis *Scal.,* in somnis *Itali* 9 natum in curas *nonnulli* ς *et edd. vett.,* uatum in curas C, *ut vid., cf. Rothst. 64 sq.,* natum maturas AV ς, natum naturaș: *(. fort. m²)* *Ber.*^{1}, uatum natura *Ber.*^{2}, natum in curam (curas *Voss.* 5^{2}) hominis Q^{1} *Voss.* 5^{2}, et uanum uentura hominum V^{2} *i. m.* $y^{2}Q^{2}$ *Voss.* 5^{1} ς, et uarium uentura *vel* metuens (= *unus* ς) y^{1} omina A *Ber.*^{2}, omnia *Ber.*^{1}, omma (omina?) V, omnia *vel* omina y 11 Sed ς moueri *Ber.* ς, monenti Q ς 12 Mendaciș *Ber.* uelint ς 14 pertinuisse A^{1} *ssc.* m *rec. m. (Salutati? Bürger)* Q

si mea nec turpi mens est obnoxia facto
nec laesit magnos inpia lingua deos.
iam Nox aetherium nigris emensa quadrigis
mundum caeruleo laverat amne rotas,
nec me sopierat menti deus utilis aegrae:
Somnus sollicitas deficit ante domos.
tandem, cum summo Phoebus prospexit ab ortu,
pressit languentis lumina sera quies.
hic iuvenis casta redimitus tempora lauro
est visus nostra ponere sede pedem.
non illo quicquam formosius ulla priorum
aetas humanum nec videt illud opus.
intonsi crines longa cervice fluebant,
stillabat Syrio myrtea rore coma.
candor erat, qualem praefert Latonia Luna,
et color in niveo corpore purpureus,
ut iuveni primum virgo deducta marito
inficitur teneras ore rubente genas,
et cum contexunt amarantis alba puellae
lilia et autumno candida mala rubent.
ima videbatur talis inludere palla:
namque haec in nitido corpore vestis erat.

---

15. 16 ∽ Tib. I 2, 79 sqq. 31 Ovid. fast. IV 153; *cf.* Stat. silv. I 2, 244 sq.

---

16 magicos ς *(ex I 2, 62)* 17 ethereum AV *Ber.* emensa V[2] *i. m. Ber.*[2] ς, emersa AV[1] *Ber.*[1], dimensa ς 19 menti (Mentis Pn) sopor utilis egre est P 20. 55 Somnus *Kraffert* 22 fessa ς 25 sq. *verba sic inter se coniungenda esse putat Vah. Opusc. I 363 sqq.:* non illo quicquam formosius ulla priorum aetas videt, nec humanum illud opus *(sc. est); dubit. Boldt de liberiore linguae Graec. et Lat. colloc. verb., Gotting. 1884, 135 et Magnus Burs. 51, 172 sq.;* aetas, heroum nec tulit ulla domus *Lachm. quem secuti sunt multi edit.*, aetas, aut hominum nunc uidet ulla domus *Cartault* 28 syrio ς, tyrio AV *Ber. cf. 6, 63* ror(e[2] *i. r.*) V 32 Inficitur *i. m. repet.* V[2] 33 Vt *sing.* ς cum] quam y 34 *de totius comparationis structura et ratione cf. Vahlen Opusc. II 199* 35 uidebantur *Ber.*

artis opus rarae, fulgens testudine et auro
  pendebat laeva garrula parte lyra.
hanc primum veniens plectro modulatus eburno
  felices cantus ore sonante dedit.
sed postquam fuerant digiti cum voce locuti,
  edidit haec dulci tristia verba modo:
'salve, cura deum: casto nam rite poetae
  Phoebusque et Bacchus Pieridesque favent:
sed proles Semelae Bacchus doctaeque sorores
  dicere non norunt, quid ferat hora sequens:
at mihi fatorum leges aevique futuri
  eventura pater posse videre dedit.
quare ego quae dico non fallax accipe vates,
  quodque deus vero Cynthius ore feram.
tantum cara tibi, quantum nec filia matri,
  quantum nec cupido bella puella viro,
pro qua sollicitas caelestia numina votis,
  quae tibi securos non sinit ire dies,
et cum te fusco Somnus velavit amictu,
  vanum nocturnis fallit imaginibus,
carminibus celebrata tuis formosa Neaera
  alterius mavolt esse puella viri,
diversasque suas agitat mens inpia curas,
  nec gaudet casta nupta Neaera domo.
a crudele genus nec fidum femina nomen!
  a pereat, didicit fallere si qua virum.
sed flecti poterit — mens est mutabilis illis —

---

57 sqq. *cf.* (Gallus) Verg. ecl. 10, 21 sqq., *cf. Bürger Herm. 38, 23 sq.*

---

42 dulci tristia ς *Broukh.*, tristi dulcia ω : *enallage?* sono ς 43 ricte *Ber.* 45 semele AV *Ber.*, semelae c *et duo Heins., cf. Norden Aen. VI² 305,* semeles Q ς *Sniehotta de vocum Graec. apud poet. Lat. dactyl. usu, Vratisl. 1903, 20, sed dubito num recte propter homoeoteleuton* proles Semeles 47 euique A *(comp.), Ber.* C ς, cui^{,2}que *(= cuiusque)* V 48 dedit .. pater Q *Voss. 5* 50 Quodque Q ς, Quidque AV *Ber.* feram *Broukh.*, ferat AV ς, fer$\overset{a^2}{\bar{e}}$t *Ber.* 59 suis *Muretus*, tuis *Lipsius* 60 neera *Ber.* ς, nerea AV 61. 62. 82 Ha A *Ber.* 63 illi ς

tu modo cum multa bracchia tende fide.
saevus Amor docuit validos temptare labores,
saevus Amor docuit verbera saeva pati.
me quondam Admeti niveas pavisse iuvencas
non est in vanum fabula ficta iocum:
tunc ego nec cithara poteram gaudere sonora
nec similes chordis reddere voce sonos,
sed perlucenti cantum meditabar avena
ille ego Latonae filius atque Iovis.
nescis, quid sit amor, iuvenis, si ferre recusas
inmitem dominam coniugiumque ferum.
ergo ne dubita blandas adhibere querelas:
vincuntur molli pectora dura prece.
quod si vera canunt sacris oracula templis,
haec illi nostro nomine dicta refer:
hoc tibi coniugium promittit Delius ipse,
felix hoc alium desine velle virum.'
dixit, et ignavus defluxit corpore somnus.
a ego ne possim tanta videre mala!
nec tibi crediderim votis contraria vota

---

65 *cf.* Verg. ecl. 8, 47 66 C. L. E. 1175, 6 B. *(Leo)* 67 sqq. ~ Tib. II 3, 11 sqq. 71 *cf.* Verg. ecl. 1, 2; *sed cum hoc atque proximo versu* (ille ego) *cf. etiam* Aeneidos prooemii afficticii vs. 1 (*cf. ad* Tib. II 1, 53) 82 *cf.* Tib. II 4, 7

---

64 fide AV^{1} *Ber.* Cς, prece V^{2} *i. m.* ς, *cf. 6, 46;* fide *i. e. obsecratione bene Vah. Opusc. I 357*^{15} *cf. Rothst. ad Prop. I 18, 18* 65 *incep. vid.* F, *versum hab.* F, *om.* AV *Ber.: lac. postea indic. est i. m.* A, *lac. ind. et versum suppl. in calce pag., sed 4 lin. induct. sunt* Te uictū placidūq tuae monstrato puelle V^{2}, *i. m. dext.* def. *(= deficit) Ber.,* saeuus amor docuit dominae fera uerba minantis CQς, *quem v. supposit. esse trad. Puccius, alia suppl. Itali* 66 saeua F *et tres Voss. cf. Tib. I 6, 37 sq. et C. L. E. 1175, 6 (Leo),* posse *Fris.* AV *Ber.* ς: *conf. 6, 44. 3, 32 Rothst. 6, sed cf. Vah. l. l. (v. ad 64) 357 sq.* 67 niueos . iuuencos Qς 69 canora ς 69. 70 ne y 71 cantum AV *Ber.* ς, cantus Q *Plant., corr. ex* cantu *Cuiac.,* de F *non constat* 76 peccora *corr. in* pectora Pp 80 hoc F *(Scal. Castig.) Plant.,* ac ω, ast *Ber.*^{2}, hoc *sc. coniugio (Salmas. cf. Rothst. 8),* hoc *Muretus „ex vetusto codice", sed* hoc alium *explic. = alium quam hunc* 81 pectore ς

nec tantum crimen pectore inesse tuo:
nam te nec vasti genuerunt aequora ponti
nec flammam volvens ore Chimaera fero
nec canis anguinea redimitus terga caterva,
cui tres sunt linguae tergeminumque caput,
Scyllaque virgineam canibus succincta figuram,
nec te conceptam saeva leaena tulit,
barbara nec Scythiae tellus horrendave Syrtis,
sed culta et duris non habitanda domus
et longe ante alias omnes mitissima mater
isque pater quo non alter amabilior.
haec deus in melius crudelia somnia vertat
et iubeat tepidos inrita ferre notos.

V.

Vos tenet, Etruscis manat quae fontibus unda,
unda sub aestivum non adeunda Canem,
nunc autem sacris Baiarum proxima lymphis,
cum se purpureo vere remittit humus.
at mihi Persephone nigram denuntiat horam:
inmerito iuveni parce nocere, dea.
non ego temptavi nulli temeranda virorum
audax laudandae sacra docere deae,

---

95 *cf.* Prop. I 17, 9 96 Ovid. a. a. I 634
V 6—14 *cf.* Tib. I 3, 51 sqq.

---

84 pectore[i2] V 87 Non y canis anguinea V[2] *i. m.* CQς, cōsanguinea AV[1] *Ber.* yς 89 succincta F, *cf. Verg. ecl. 6, 75,* submixta AV *Ber.* ς, comitata *duo* ς 92 diris ς 93 omnes alias Q *Voss. 5 alii* ς, alios ς 96 irrita Q[2] *et tres Voss.* ς *cf. 6, 50,* impia AV *Ber.* ς, impia Q (irrita[1]?)

V De se egrotante. ℞ca. AV *Ber.* 19. 20 *exstant in Fris.,* 12. 15—16. 19—20 *in* P 1 Vos *pauci* ς, H[2] Os V, Nos A *Ber.* ς 3 proxima *Sciopplus Paradox. literar. 16 sq.,* maxima ω, Aemula nunc . . maxima *Cartault* 4 hyems *Itali* 5 thesiphone *vel* thissiphone *pauci* ς 7 uirorum *Voss. 5 et alii* ς, dẹọṛ uirorum *Cuiac., cf. Scal. in Castig.,* deorum AV *Ber.* Qς, piorum ς

nec mea mortiferis infecit pocula sucis
  dextera nec cuiquam trita venena dedit,
nec nos sacrilegi templis admovimus ignes,
  nec cor sollicitant facta nefanda meum,
nec nos insanae meditantes iurgia mentis
  inpia in adversos solvimus ora deos:
et nondum cani nigros laesere capillos,
  nec venit tardo curva senecta pede.
natalem primo nostrum videre parentes,
  cum cecidit fato consul uterque pari.
quid fraudare iuvat vitem crescentibus uvis
  et modo nata mala vellere poma manu?
parcite, pallentes undas quicumque tenetis
  duraque sortiti tertia regna dei.
Elysios olim liceat cognoscere campos
  Lethaeamque ratem Cimmeriosque lacus,
cum mea rugosa pallebunt ora senecta
  et referam pueris tempora prisca senex.
atque utinam vano nequiquam terrear aestu!
  languent ter quinos sed mea membra dies.
at vobis Tuscae celebrantur numina lymphae

---

16 Ovid. a. a. II 670 iam veniet tacito curva senecta pede 18 = Ovid. trist. IV 10, 6 *(cf. R. E. s. v. Lygdamus)* 19. 20 Ovid. am. II 14, 23. 24

---

10 trita F, *cf. Scal. in Castig.*, certa AV *Ber.* yς, tetra ς 11 sacrilegi *Cuiac. et pauci alii* ς, *cf. Rothst. 45 sq.*, (incestus *Tib. I 2, 81 in versu a Scal. collato*), sacrilegis AV *Ber.* ς, sacrilegos yς *Hiller Rh. M. 29, 98* admouimus ignes ς, admouimus aegros yς, amouimus (a)egros AV *Ber.* ς 12 Sollicitant pectus P meum] reum Pp 13 meditantes ς, meditantis AV *Ber.* Cς linguae ς 15 Sepe quidem cani P 16 Ṇ ęc *corr.* m^2 Pn tacito (*ex Ovid., cf. etiam Tib. I 10, 34, qui versus item in* P exstat) P 18 facto V 19 utus *corr. in* uuis Pp 26 puē(is *i. r. sec. Bürgerum*, s *i. r. sec. Castiglioni*) A, pueri ς 27 nec qcq̄ A, ñ quicquam V, nec quicquam *Ber.*, necquicquam ς 28 quinas *pauci* ς 29 At V^2Qyς, Atque AV^1 *Ber.* uobis V^2 *i. m.* ς, nobis AV^1 *Ber.* yς lumina *Ber.*[1], *corr.*[2] ninphę *corr. in* linphę V^1, nymphae y

et facilis lenta pellitur unda manu.
vivite felices, memores et vivite nostri,
sive erimus seu nos fata fuisse velint.
interea nigras pecudes promittite Diti
et nivei lactis pocula mixta mero.

VI.

Candide Liber, ades — sic sit tibi mystica vitis
semper, sic hedera tempora vincta feras —
aufer et ipse meum patera medicante dolorem:
saepe tuo cecidit munere victus amor.
care puer, madeant generoso pocula Baccho,
et nobis prona funde Falerna manu.
ite procul, durum curae genus, ite labores:
fulserit hic niveis Delius alitibus.
vos modo proposito dulces faveatis amici,
neve neget quisquam me duce se comitem:
aut si quis vini certamen mite recusat,
fallat eum tecto cara puella dolo.
ille facit dites animos deus, ille ferocem
contudit et dominae misit in arbitrium,

VI 7 *cf.* Verg. ecl. 1,74. 7,44. 10,77 12 *cf.* C. L. E. 1213, 2 B. *(cum Buecheleri nota)*

---

32 facta *Ber.* uolent *unus Statii*

VI Alloquitur bachum et demum reuertitur ad neeram. Ꝑca. AV *Ber.* 33—34. 35—36. 43b—44. 52 *pauloque infra ex* 2 Edera *afferuntur in Fris.*, 7. 13. 16. 33—36. 43—44. 45 *in* P 1 c Andide V uitis Qς, uiçtis V *Ber.*, uictis A 2 Sic hedera semper Qς geras ς 3 patera medicante *Waardenburg, cf. Leo G. G. A. 1898, 57, cf. etiam Tib. I 2,1,* pariter medicando AV *Ber.*ς, pariter medicande *cum* ς *Statius, cf. Wilhelm N. Jbb. 1893, 769. 1895, 775,* pariter medicate *Huschke,* pater et medicare *Heyne,* patera medicare *Birt ad hist. hexam. lat. symb., Bonn. 1876, 47* 4 Amor *Belling Alb. Tib. 70 adn., sed cf. Tib. I 2, 4* 6 I *Scal., cf. 62* 7 cure durum P 8 Fulserit V^{2}Qς, Pulserit AV^{1} *Ber.*

11 recuset Qyς 12 cum C 13 feroces P(g!): *versum antecedit inscriptio* Debacho Pp, *om.* Pn 14 Contudit AV^{2}, Contuṇdit *Ber.*, Contulit V^{1}C, *ut vid.* (de^{1}), *cf. codd. Prop. IV 2, 52*

Armenias tigres et fulvas ille leaenas
vicit et indomitis mollia corda dedit.
haec Amor et maiora valet. sed poscite Bacchi
munera: quem vestrum pocula sicca iuvant?
convenit ex aequo nec torvus Liber in illis,
qui se quique una vina iocosa colunt:
convenit iratus nimium nimiumque severos:
qui timet irati numina magna, bibat.
quales his poenas qualis quantusque minetur,
Cadmeae matris praeda cruenta docet.
sed procul a nobis hic sit timor, illaque, si qua est,
quid valeat laesi sentiat ira dei.
quid precor a, demens? venti temeraria vota,
aeriae et nubes diripienda ferant.
quamvis nulla mei superest tibi cura, Neaera,
sis felix, et sint candida fata tua.
at nos securae reddamus tempora mensae:
venit post multos una serena dies.
ei mihi, difficile est imitari gaudia falsa,
difficile est tristi fingere mente iocum,
nec bene mendaci risus conponitur ore,
nec bene sollicitis ebria verba sonant.

---

26 laesi ... ira dei Ovid. trist. I 5, 84 ex P. I 4, 44 27 *cf.* Verg. ecl. 2, 60 *et quae Hosius ibi congessit*

---

15 Armenias Cς, Armenas AV *Ber.*ς, Armeniasque Q *Voss.* 5 17 ualet *unus Statii,* uolet ω *(de* y *nihil notum)* 18 nostrum *Ber.* 19 in illo y 21 Conuenit . . seueros *Lachm.*, Non uenit (= y) . . seuerus AV *Ber.* ς, Iam *vel* Cum uenit *Itali,* Et uenit *Cartault* 23 his] is Q, hic ς qualis quantusque F, deus hic quantumque AV[1] *Ber.* ς, quecūque V[2] *i. m.* ς 25 est *om.* ς 26 sentiet V 27 ha *Ber.* 30 facta *Ber., cf.* 5, 32, y ς 32 multos V[2]Qς, multas AV[1]ς, *cf. ad I* 3, 18 *p.* 32 *inc. nov. eleg.* AV *Ber.* Cς, *cum priore coniunxit Muretus:* De neque de amasio[1]
era conqueritur *(verba a Salutati ssc. esse censet Bürger).* ℞ca. A, De Neera que de Amasio conqueritur. ℞ca, *post inscriptionem 1 lin. vacat* V, De neera conqueritur *Ber.* 33 (H)ei CQς, Et *Fris.*, Heu quam P, Si A *Ber.* ς, *cf. Friedrich ad Cat.* 77, 3 s J V 34 iocū *(corr. m[2]) Fris.* Pn 35. 36 Non P

quid queror infelix? turpes discedite curae:
odit Lenaeus tristia verba pater.
Gnosia, Theseae quondam periuria linguae
flevisti ignoto sola relicta mari:
sic cecinit pro te doctus, Minoi, Catullus
ingrati referens inpia facta viri.
vos ego nunc moneo: felix, quicumque dolore
alterius disces posse cavere tuo.
nec vos aut capiant pendentia bracchia collo
aut fallat blanda sordida lingua fide.
etsi perque suos fallax iuravit ocellos
Iunonemque suam perque suam Venerem,
nulla fides inerit: periuria ridet amantum
Iuppiter et ventos inrita ferre iubet.
ergo quid totiens fallacis verba puellae
conqueror? ite a me, seria verba, precor.
quam vellem tecum longas requiescere noctes
et tecum longos pervigilare dies,
perfida nec merito nobis inimica merenti,
perfida, sed, quamvis perfida, cara tamen!
Naida Bacchus amat: cessas, o lente minister?
temperet annosum Marcia lympha merum.
non ego, si fugit nostrae convivia mensae
ignotum cupiens vana puella torum,

---

40 Ovid. a. a. III 36 41 Cat. 64, 52 sqq.; doctus: Ovid. am. III 9, 62; *cf. R. E. l. l.* 44 Ovid. a. a. III 455 49. 50 *cf.* 4, 96 Tib. I 4, 21 sqq. Ovid. a. a. I 633. 634

---

43 *post* dolore In eodē Pn 44 disces *Fris.* AV *Ber.* ς, discis Qς, didicit P cauere F *Fris.* P, carere AV *Ber.* ς tuo *Fris.* AV *Ber.* ς *cf. Rothst. 8 sqq.*, tuos F, suum P, tuom *Baehr.* *a.* 45 ad iuuenes de insidiis meretricum Pp, In eodē ad iuuenes Pn Ne *(cf. ad I 6, 75)* uos decipiant P, *cf. fort. Ovid. a. a. III 445* 46 Nec capiat P subdola *Heins.*, perfida *Bergk* fide AV *Ber.* ς, prece P, *cf. ad 4, 64* 47 iurabit Qς 49 Nulla fides ueneri y[2] 51 quid ς, qui AV *Ber.* Cς 52 precor *Fris.* AV *Ber.* Cς, procul ς *Vah. Opusc. I 358* 53 Q(uam *i. r.*) A 55 nobis ... merenti: *cf. Neue-Wagner II 98 sq., Birt Jugendv. u. Heimatpoes. Verg. 44, Wackernagel Syntax I 100* 58 Temperat y Martia AV *Ber.* 59 fugit *Ber.* ς,

sollicitus repetam tota suspiria nocte:
tu puer, i, liquidum fortius adde merum.
iam dudum Syrio madefactus tempora nardo
debueram sertis inplicuisse comas.

INCERTUS AUCTOR

VII (= LIBRI QUARTI 1).

Te, Messalla, canam quamquam tua cognita virtus
terret: ut infirmae nequeant subsistere vires,
incipiam tamen. a meritis si carmina laudes,
deficiant: humilis tantis sim conditor actis,
nec tua praeter te chartis intexere quisquam
facta queat, dictis ut non maiora supersint.
est nobis voluisse satis, nec munera parva
respueris. etiam Phoebo gratissima dona
Cres tulit, et cunctis Baccho iucundior hospes
Icarus, ut puro testantur sidera caelo
Erigoneque Canisque, neget ne longior aetas.
quin etiam Alcides, deus adscensurus Olympum,
laeta Molorcheis posuit vestigia tectis,

7 *cf.* Prop. II 10, 6

e[2]
fugit *(ssc. Salutati sec. Bürgerum)* A, fugięt V, *cf. Magnus Burs. 51, 305, aliter B. ph. W. 1885, 589,* fugiat ς, si nostrae fugiat Q *Voss. 5* 62 i F *Voss. 5 duo* ς, et AV *Ber.* ς 63 syrio ς tyrio AV *Ber.* ς, *cf. 4, 28* *p.* 64 sequitur *intervallo non relicto (sed distinx. m*[2] V) *III 18 = IV 12, quod suo loco iterum traditur in* AVQ ς *(non in* g!), *III 18 = IV 12, 1—3 sequuntur in Ber., p. 3 i. m. sin. lac ind. m*[2], *cuius in exemplari fuerunt versus 1—6*
VII (= IV 1) Panegyricus Messalae F, Laudes Messal(a)e. Ɍca. AV *Ber.; quartum librum secreverunt Itali. ex v.* 95 *hab.* Parma *Fris.,* 29. 28. 31—32. 45—47. 39—44. 82—105 *exst. in* P
1 t E V si quam *Ber.* tua *ssc.* ł mea g, mea AV *Ber.* C. me et *Lachm.* cognita *vel* uiuida y 2 nequeant F, ualeant ω, *cf. Magnus B. ph. W. 1885, 586; Burs. 51, 315* u(i[2])res V 3 a meritis AV *Ber.* Qy ς, ac F, at meritis ς carmine ς 5 te praeter *sing.* ς 8 phoebe *Ber.* Q 10 puro V[2] *Ber.*[2] CQ ς, pura AV[1] *Ber.*[1] 11 ne g ς *Plant., om.* AV[1] *Ber.*[1] ς, iâ V[2] *sup. lin.* Q. ni *Ber.*[2] 13 tectis *sing.* ς *Plant.,* terris ω *(etiam* y); *cf. Stat.*

parvaque caelestis placavit mica, nec illis
semper inaurato taurus cadit hostia cornu.
hic quoque sit gratus parvos labor, ut tibi possim
inde alios aliosque memor conponere versus.
alter dicat opus magni mirabile mundi,
qualis in inmenso desederit aere tellus,
qualis et in curvom pontus confluxerit orbem,
et vagus, e terris qua surgere nititur, aer,
huic et contextus passim fluat igneus aether,
pendentique super claudantur ut omnia caelo:
at, quodcumque meae poterunt audere Camenae,
seu tibi par poterunt seu, quod spes abnuit, ultra
sive minus — certeque canent minus —, omne vovemus
hoc tibi, nec tanto careat mihi carmine charta.
nam quamquam antiquae gentis superant tibi laudes,
non tua maiorum contenta est gloria fama,
nec quaeris, quid quaque index sub imagine dicat,
sed generis priscos contendis vincere honores,
quam tibi maiores maius decus ipse futuris:
at tua non titulus capiet sub nomine facta,
aeterno sed erunt tibi magna volumina versu,

---

silv. IV 6, 51 parci domus Molorchi, *aliter III 1, 29, quem versum, quamquam Molorchi arva commemorantur, conferre non licet*
14 placauit ς, pacauit AV ς, paçcauit *Ber.* 15 in aurato *plerique codd., corr. e. g.* V[2]Q 17 uers(us *i. r. al. m.*) A
18 dicat V ς, dictat F A[1] *Ber.*[1] Q y ς, t *lin. del. et exp. m*[3] *(Salutati?)* A, dictet *Ber.*[2], opus dicat ς 19 desederit F AV *Ber., cf. Aetn. 104,* descenderit Q y ς aera y ς, in immensum descenderit ς 20 incuruum AV ς defluxerit ς
21 e] a *Barth* 22 Huic Q ς, Hinc AV *Ber.* et] ut *Itali*
24 At ς, Et AV *Ber.* y ς quocumque y audire *Ber.* 25 poterunt: te *i. r., ut vid.* V se(u *i. r.*) A, sed *Ber.* 26 Siue minus *sc. canere, cf. Bannier Rh. M. 73, 73 sq.*[1] minus] m *i. r.* A, ramus *Ber.* uouemus *etiam* F, mouemus ς 27 ne *sing.* ς *Plant.* carmine *etiam* F y, nomine *sing.* ς 29. 28 *pos.* P, *ante* 29 In panegorico mesale P n 28 Quamuis antique supent preconia gentis P 29 Noo *corr. in* Non P p fam(a *i. r.*) A
30 quid quaque index F, quid qua iudex ω 31 Vincere s; priscos generis contendis honores P 32 Quam tibi: am t *i. r.* A maior es P p futurus Q y ς 33 tua: tu *i. r.* A

convenientque tuas cupidi conponere laudes
undique quique canent vincto pede quique soluto.
quis potior, certamen erit: sim victor in illis,
ut nostrum tantis inscribam nomen in actis.
  nam quis te maiora gerit castrisve forove?
nec tamen hic aut hic tibi laus maiorve minorve,
iusta pari premitur veluti cum pondere libra,
prona nec hac plus parte sedet nec surgit ab illa,
qualis, inaequatum si quando onus urget utrimque,
instabilis natat alterno depressior orbe.
  nam seu diversi fremat inconstantia volgi,
non alius sedare queat: seu iudicis ira
sit placanda, tuis poterit mitescere verbis.
non Pylos aut Ithace tantos genuisse feruntur
Nestora vel parvae magnum decus urbis Ulixen,
vixerit ille senex quamvis, dum terna per orbem
saecula fertilibus Titan decurreret horis,
ille per ignotas audax erraverit urbes,
qua maris extremis tellus includitur undis.
nam Ciconumque manus adversis reppulit armis,
nec valuit lotos coeptos avertere cursus,

---

36 iuncto AV *Ber.* c 37 potior CQς, potius AV *Ber.* ς 45—47. 39—44 P(g!) 39 Nam quis te F, Nec quisquam P, Na(m quiq t[l]): *l. corr.* A, *sine corr.* V, Quisque tibi *Ber.* Qy *pro v. scr.*, Namque tibi y, Quis tibi nam C gerit *i. r.* Pp castrisue foroue Py *Plant.*, cartisne foroue AV, cartisue (n[2]) foroue *Ber.*, cartisue foroque Q 40 hic aut hic tibi FQ, hic aut tibi AV[1], hic *ssc.* V[2], hec aut hec tibi P, hinc aut hinc tibi *Itali*, *vers. om. Ber.* y 41 pati Pp 43 Sed magis equatum si P qn▒bonus Pp urget, *sed ante* u *eras.* s (= de) *Ber.* *ante* utrimque *distinx. Kraffert* 44 alterno *ex* alterne Pp 46 Nemo magis P 48 genuisse: *sup.* e *alt. ras.*, *ut vid.* V 49 ulixem *plerique codd.*, ulixes *Ber.* 51 titam *corr.* m[1], *ut vid.*, *in* titan *Ber.* 54 ciconumque: *supra* i *aliquid eras. est* V 55 Nec Qς, Non AV *Ber.* lothos F, ciclyps A[1], ci(y)clops A[2]V *Ber.* Qς; cyclops *est explic. margin. ad* 56 Aetnaeae Neptunius incola rupis, *quae in contextum irrepsit* c(o)eptos *Ber.* Qς, captos F, tp̄s A, tempus Vς auertere *Ber.* Q *Plant.*, uertere *(ante* u *spat. 1 litt.)* Ad, conuertere Vς, aduertere ς, captos auertere cursu *Leonh.* 8,

cessit et Aetnaeae Neptunius incola rupis
victa Maroneo foedatus lumina Baccho,
vexit et Aeolios placidum per Nerea ventos,
incultos adiit Laestrygonas Antiphatenque,
nobilis Artacie gelida quos inrigat unda,
solum nec doctae verterunt pocula Circes,
quamvis illa foret Solis genus, apta vel herbis
aptaque vel cantu veteres mutare figuras;
Cimmerion etiam obscuras accessit ad arces,
quis numquam candente dies adparuit ortu,
seu supra terras Phoebus seu curreret infra.
vidit, ut inferno Plutonis subdita regno
magna deum proles levibus discurreret umbris,
praeteriitque cita Sirenum litora puppi.
illum inter geminae nantem confinia mortis
nec Scyllae saevo conterruit impetus ore,
cum canibus rabidas inter fera serperet undas,
nec violenta suo consumpsit more Charybdis,
vel si sublimis fluctu consurgeret imo,
vel si interrupto nudaret gurgite pontum.
non violata vagi sileantur pascua Solis,
non amor et fecunda Atlantidos arva Calypsus,
finis et erroris miseri Phaeacia tellus.
atque haec seu nostras inter sunt cognita terras,

---

sed cf. Hiller Philol. Anz. XIV 25—29, temptatos uertere *Cartault, de* temptatos *ut archetypi scriptura etiam Calonghi vid. cogitare,* 56. 55 (cyclops). 57 *pos. Itali* 56 et *ssc.* V^2 *Ber.* Qς *Plant., om.* AV^1 neptumnius A, neptun$^{i^2}$us V 59 antiphatemque AV *Ber.* ς 60 artacie ς, artacre A *Ber.* y, artacie *corr. in* artacle, *ssc. m*^{2} cle, *i. m. m*^{2} artacre V, atracie Q gelida *Itali,* gelidos *ω* erigit F 68 umbris ς *Plant.,* undis AV *Ber.* Cς 70 inter geminae F, termine *ssc.* ge *rec. m.* A, *m*^{2} V, tibi$^{ter^2}$ geminae *Ber.,* tergeminae CQς nautem AV (*corr. in* nantem *ead. m.* V) mortis: *rec. m. vid. corr. in* montis A 71 ore F, orbe *ω* 72 rapidas ς fera g, freta *ω* 73 more Qς, in ore AV *Ber.* ς 75 pontum *ex* puntum A, fundum *Cartault* 77 athalantidos *Ber.* calipsus ς, calipsos AV *Ber.* 78 erroris F, errorum *ω* 79 hoc *Ber.* intersunt AVς, inter sint Q

fabula sive novom dedit his erroribus orbem,
sit labor illius, tua dum facundia, maior.
  nam te non alius belli tenet aptius artes,
qua deceat tutam castris praeducere fossam,
qualiter adversos hosti defigere cervos,
quemve locum ducto melius sit claudere vallo,
fontibus ut dulces erumpat terra liquores,
ut facilisque tuis aditus sit et arduos hosti,
laudis et adsiduo vigeat certamine miles,
quis tardamve sudem melius celeremve sagittam
iecerit aut lento perfregerit obvia pilo,
aut quis equom celeremve arto conpescere freno
possit et effusas tardo permittere habenas,
inque vicem modo derecto contendere passu,
seu libeat, curvo brevius convertere gyro,
quis parma, seu dextra velit seu laeva, tueri,
sive hac sive illac veniat gravis impetus hastae
amplior, aut signata cita loca tangere funda.
iam simul audacis venient certamina Martis,

---

82 Iam *Itali, sed cf. Magnus B. ph. W. 1885, 589* artes Pn *Ber.* Q. arces Pp, artos A, arthos V 83 pdicere Pn 84 ceruos *Itali*, neruos P *Ber.* Q ς, uernos A, nernos *ex* uernos *m*[3], *ut vid.* V 86 Fontibus ut AV *Ber.*, Fōrtibus ut du(l)ces Pp, Montibus ut dulces Pn, Fontibus et Q, Fontis ubi *Cartault* erumpat: *cf. Sudh. Aetn. 156*[1]
87 Vt P *Ber.* CQ ς, Et AV y stabulisq; Pp, stabil'q; Pn hosti▒: *eras.* s Pp 88 ut P certamina(e) Pp 89 Quis (s *sup. lin. add. m*[3] Pp) melius tardamue sudem celeremcue (celeremue Pn) P celeremq(at ue[2]) V 90 Miserit P ▒aut Pp *post* 88 *punctum, post* 90 *et* 97 *sign. interrog. nonnulli pos.* 91 Aut P (Haut Pn) Q *Plant.*, At *Ber.* C, Et AV eqū Pp celeremue PA V ς, celeremque *Ayrmann prob. Lachm.*, „*nisi totum vocabulum ex* 89 *huc venit*“, celerem arctato *Itali* 93 derecto *Baehr.*, directo AV[2] *Ber.* ς, direpto V[1] cursu Q ς 94 leuius (= ς) *vel* melius *vel* breuius y conuertere *Chr. Crusius*, contendere ω *(ex 93)*, compellere *Broukh.*, decurrere *Dissen* 95 parma *Fris.* Pp AV y, parua Pn, peruia *Ber.* ς, p̂mia Q 96 ueniat grauis FP. grandis uenit AV *Ber.* ς 97 Aptior *Francken* ut F, seu Q cita| uelit ς 98 aduersi P uenient AV *Ber.* y ς, ueniant P, ueniunt Q *Plant.*

adversisque parent acies concurrere signis,
tum tibi non desit faciem conponere pugnae,
seu sit opus quadratum acies consistat in agmen,
rectus ut aequatis decurrat frontibus ordo,
seu libeat duplicem seiunctim cernere Martem,
dexter uti laevom teneat dextrumque sinister
miles sitque duplex gemini victoria casus.
  at non per dubias errant mea carmina laudes:
nam bellis experta cano. testis mihi victae
fortis Iapydiae miles, testis quoque fallax
Pannonius gelidas passim disiectus in Alpes,
testis Arupinis et pauper natus in arvis,
quem si quis videat vetus ut non fregerit aetas,
terna minus Pyliae miretur saecula famae.
112a namque senex longae peragit dum tempora vitae,
centum fecundos Titan renovaverit annos,
ipse tamen velox celerem super edere corpus
audet equom validisque sedet moderator habenis.
te duce non alias conversus terga † domator
libera Romanae subiecit colla catenae.
  nec tamen his contentus eris: maiora peractis
instant, compertum est veracibus ut mihi signis,

---

107 sqq. testis .., testis *cf.* Tib. I 7, 10 sq.

---

99 parạnt aties Pnς; *cf. Lygd. 2, 19. 20* 100 Tum PQς, sit *rec. m.* a *rec. m.* Tunc AV *Ber.* ς 101 Seu tibi opus qud ıṵ consistạ (t) *post* q *1, post* u *3 litt., virgula inter* t *et* u *eras.* Pp 102 ut FP, in equatis (inequatis) ω concurrat Qς frondibus Pp 103 seiunctim *Salmas.*, seu uinctum P, seu iunctum AV *Ber.* ς, seiunctum ς 104 Dexter uti FP, Dexteraque ut AV *Ber.* ς, Dexteraque *vel* dexterque y sinister *ssc.* m^2 stera *Ber.*, sinistra Qς 108 iapi(y)di(a)e ς, iapigie: g *corr. in* d *rec. m.* A, iapigię V *Ber.*
110 arupinis F, et arpinis: et *del.*, u *ssc. rec. m* A = ς, et arpinis Vy^1, et alpinis *Ber.* ς, et hirpinis ς aruis ς, armis AV *Ber.* ς 112a *hab.* AV *Ber.* yc, *om.* Qdeς, *cf. Rothst. 57 sq.* tempora *Voss*, saecula *codd.* uitae c *Voss*, famae AV *Ber.* y *(?)*, *cf. Rothst. l. l.* 113 renouauerit ς *Plant.*, renouāt A, renoueerat V, renouauerat *Ber.* Cy^1ς 115 Gaudet ς ualidusque y^2 116 domator ω, domante *Müller*, Salassus *Baehr.* 119 Instat V

quis Amythaonius nequeat certare Melampus.
nam modo fulgentem Tyrio subtegmine vestem
indueras oriente die duce fertilis anni,
splendidior liquidis cum Sol caput extulit undis
et fera discordes tenuerunt flamina venti
curva nec adsuetos egerunt flumina cursus,
quin rapidum placidis etiam mare constitit undis,
ulla nec aerias volucris perlabitur auras
nec quadrupes densas depascitur aspera silvas:
quin largita tuis sunt multa silentia votis!
Iuppiter ipse levi vectus per inania curru
adfuit et caelo vicinum liquit Olympum
intentaque tuis precibus se praebuit aure
cunctaque veraci capite adnuit: additus aris
laetior eluxit structos super ignis acervos.
quin hortante deo magnis insistere rebus
incipe: non idem tibi sint aliisque triumphi.
non te vicino remorabitur obvia Marte
Gallia nec latis audax Hispania terris
nec fera Theraeo tellus obsessa colono,
nec qua vel Nilus vel regia lympha Choaspes
profluit aut rapidus, Cyri dementia, Gyndes
aret Arecteis haud una per ostia campis,

---

121 Na A sub tegmine AV, sub-tegịmine *(- alio atram.) Ber.* 126 rabidum *Guyetus, cf. 72, sed cf. 193 Tib. I 2, 44*

127 Vlla A (V *per ras. ex* Nu *rec. m. correct. esse cens. Bürger*) V ς, Nullaṣ hec *Ber.*, Nulla CQ ς, *cf. 164* aereas AV ς

128 densas de *i. r. Ber.* 129 Quam ς sint ς, sit *Huschke* muta ς, cuncta ς 130 inania, *sed supra* na *signum quoddam del.* A, inṇania *Ber.* 131 Affluit Q ς liquit V, linquit, n *lin. del. m*[2] A, liṇquit *Ber.* 133 additus: ad A *(ex corr.)* V *Ber.*[2], aditus *Ber.*[1] C 134 Laetior *ssc.*[2] (= ς) purior Q 136 non *Itali Plant.*, nunc AV *Ber.* y sint ς, sunt AV *Ber.* ς, erunt *Lachm.*

triumphiūm *Ber.* 138 auidas · terras ς 139 t(h)er(a)eo ς, terêo y[2], te tereo A, tetereo V *Ber.* Q y ς, tartareo ς, rhoeteo ς *Plant.* 140 niliụs V regia: *superior* gi *litt. pars i. r.* V choaspes *Itali*, dy(i)aspes F (?) AV ς, dryaspes Q ς 141 gyndes *Itali*, cy(i)dnus FAV *Ber.* Q y ς 142 Aret *(Lachm.)* Arecteis *(Scal.)* haut una per ostia *(Heins.), sed non prorsus constat, cf. Rothst. 12,*

nec qua regna vago Tamyris finivit Araxe,
inpia nec saevis celebrans convivia mensis
ultima vicinus Phoebo tenet arva Padaeus,
quaque Hebrus Tanaisque Getas rigat atque Magynos.
quid moror? Oceanus ponto qua continet orbem,
nulla tibi adversis regio sese offeret armis.
te manet invictus Romano Marte Britannus
teque interiecto mundi pars altera sole.
nam circumfuso consistit in aere tellus
et quinque in partes toto disponitur orbe.
atque duae gelido vastantur frigore semper:
illic et densa tellus absconditur umbra,
et nulla incepto perlabitur unda liquore,
sed durata riget densam in glaciemque nivemque,
quippe ubi non umquam Titan super egerit ortus.
at media est Phoebi semper subiecta calori,
seu propior terris aestivom fertur in orbem
seu celer hibernas properat decurrere luces.
non igitur presso tellus exsurgit aratro,
nec frugem segetes praebent neque pabula terrae:
non illic colit arva deus, Bacchusve Ceresve,

Ardet arectais aut unda perhospita campis F, Creteis ardet aut unda caristia campis AV *Ber.*, ardens Q, Ardet Aractaeis aut unda parum hospita campis *Heynium secutus Baehr.*, Areccaeis *Salmas.*, Araccaeis *Postg.* uda *K. Schenkl ceterum Lachmannum secutus Wien. Stud. V 165* 143 nouo Q tomyris *Itali* 144 nec] uel ς 145 patheus *vel* padus y Vltima — arua *pro parenth. hab. et post* Padaeus *subaud. te remorabitur Lachm.* 146 magynos F, maginos AV *Ber.* y ς, *cf. Haupt Opusc. III 486 sq.* 148 offerret A 151 considit ς 154 denso m^1, densa m^2 V 155 in tecto *ssc.* m^2 cepto Q, incerto *Guyetus* 157 nunquam V superegerit VQ, *cf. 165* 158 colori y 159 proprior *Ber.* ς *ad* 159 *i. m.* Non ÷ ꝓpinquior sol terrae estate quam hyeme sed longinquior. non intelligas igitur ꝓprior situ sed ꝓprior aspectu & effectu *adscr. rec. m.* V 160 decurrere noctes y^2 161 igitur F, ergo ω, *cf. codd. Plin. ep. II 11, 13 et Carlsson Zur Textkrit. der Pliniusbriefe 65 sq.* consurgit ς 162 Neque V nec Q ς 163 ceresque Q

ulla nec exustas habitant animalia partes.
fertilis hanc inter posita est interque rigentes
nostraque et huic adversa solo pars altera nostro,
quas similes utrimque tenens vicinia caeli
temperat, alter et alterius vires necat aer:
hinc placidus nobis per tempora vertitur annus,
hínc et colla iugo didicit submittere taurus
et lenta excelsos vitis conscendere ramos,
tondeturque seges maturos annua partus,
et ferro tellus, pontus confunditur aere,
quin etiam structis exsurgunt oppida muris.
ergo ubi per claros ierint tua facta triumphos,
solus utroque idem diceris magnus in orbe.
  non ego sum satis ad tantae praeconia laudis,
ipse mihi non si praescribat carmina Phoebus.
est tibi, qui possit magnis se accingere rebus,
Valgius: aeterno propior non alter Homero.
languida non noster peragit labor otia, quamvis
Fortuna, ut mos est illi, me adversa fatiget.
nam mihi, cum magnis opibus domus alta niteret,
cui fuerant flavi ditantes ordine sulci
horrea fecundas ad deficientia messis,
cuique pecus denso pascebant agmine colles,
et domino satis et nimium furique lupoque,

---

187 furique lupoque: *cf.* Tib. I 1, 33

---

164 Vila Q ς, Nulla AV *Ber.*, *cf. 127* 165 interposita V Q rigentes A[1] *Ber.* ς *Plant.*, rigentem (m *i. r. m*[2] A) A[2] V ς 167 utrim(n)que Q ς *Plant.*, utrique AV *Ber.*, utriusque *Cartault* 168 alteram F necat ς, negat AV *Ber.* ς 169 uertitur *om.* A[1], *suppl. rec. m.* A, *hab.* V *sing.* ς, labitur *Ber* Q ς *Plant.* 170 Hinc V *Ber.* ς, Huic A, Hic ς subnectere Q 171 leta V *sing.* ς 173 confinditur ς, *sed cf. R. Meister thes. l. l. IV 259, Wien. Stud. 28, 331* 174 exurgunt Q ς, exurgitat AV *Ber.* 175 per claros *tres Voss. et Scal.*, praeclaros ω, *sed cf. Magnus Burs. 51, 314* ierint F, poscent ω, *sed cf. Ehw. Philol. Anz. XV 587* 176 maximus orbe Q *sing.* ς 180 proprior *Ber.* 182 ut] non *Ber.* 184 dictantes y horrea *Heins.* 185 fecundas ad deficientia F, fecundis (fe^c^undis *Ber.*) indeficientia AV *Ber.* ς messis *Scal.*, messes F, mensis ω

nunc desiderium superest: nam cura novatur,
cum memor ante actos semper dolor admonet annos.
sed licet asperiora cadant spolierque relictis,
non te deficient nostrae memorare Camenae.
nec solum tibi Pierii tribuentur honores:
pro te vel rapidas ausim maris ire per undas,
adversis hiberna licet tumeant freta ventis,
pro te vel densis solus subsistere turmis
vel parvom Aetnaeae corpus conmittere flammae.
sum quodcumque, tuom est. nostri si parvola cura
sit tibi, quanta libet, si sit modo, non mihi regna
Lydia, non magni potior sit fama Gylippi,
posse Meleteas nec mallem vincere chartas.
quod tibi si versus noster, totusve minusve,
vel bene sit notus summo vel inerret in ore,
nulla mihi statuent finem te fata canendi.
quin etiam mea tunc tumulus cum texerit ossa,
seu matura dies celerem properat mihi mortem,
longa manet seu vita, tamen, mutata figura
seu me finget equom rigidos percurrere campos
doctum seu tardi pecoris sim gloria taurus
sive ego per liquidum volucris vehar aera pennis,

---

189 dolor ... memor ς anteactos F, accitus AV *Ber.*, accitos Q ς 190 relictis ς *Plant.*, relictus AV *Ber.* ς 191 memorate *ssc.* r m^2 *Ber.* 193 rabidas ς ausi F un(das *i. r.*) A 195 obsistere Q ς 196 par(v²)um ęthenęę *Ber.*, pronum *Burm.* 197 quodcumque ς, quidcunque AV *Ber.* Q ς 198 sint F(?) ς 199 non magna y 200 uincere cartas F, meletheas mallem mittere cartas, *om.* nec, *lac. ind.* m^2 A, meletheas (nec) mallem ‡—‡—‡ (com) mittere cartas: com *fort.* m^1, *lineol. ind. ead. m. rec. quae* nec *scripsit* V, Posse‿mę (‿ *et* . m^1) letheas nec mallem mittere c. *Ber.*, me letheas nec mallem scribere (mittere m^2 *i. m.*) c. Q 202 uel *vid. defuisse in* F, *cf. Hiller Rh. M.* 29, 105 inhaeret in ore (orbe Q) Q y ς, inhaereat ore ς 203 statuent *Ber.* Q ς *Plant.*, statuunt AV y ς 204 tun tumulus cum texerit ossa AV *Ber.* y ς, cum t. contexerit *Itali* 205 celerem F, fato ω 206 figuram Q ς 207 percurre *Ber.*

quandocumque hominem me longa receperit aetas,
inceptis de te subtexam carmina chartis.

TIBULLUS (?)

VIII (= IV 2).

Sulpicia est tibi culta tuis, Mars magne, kalendis:
spectatum e caelo, si sapis, ipse veni.
hoc Venus ignoscet: at tu, violente, caveto,
ne tibi miranti turpiter arma cadant.
illius ex oculis, cum volt exurere divos,
accendit geminas lampadas acer Amor.
illam, quidquid agit, quoquo vestigia movit,
conponit furtim subsequiturque Decor.
seu soluit crines, fusis decet esse capillis,
seu compsit, comptis est veneranda comis.
urit, seu Tyria voluit procedere palla,
urit, seu nivea candida veste venit.
talis in aeterno felix Vertumnus Olympo
mille habet ornatus, mille decenter habet.
sola puellarum digna est, cui mollia caris
vellera det sucis bis madefacta Tyros,
possideatque, metit quidquid bene olentibus arvis
cultor odoratae dives Arabs segetis,
et quascumque niger rubro de litore gemmas
proximus Eois colligit Indus aquis.
hanc vos, Pierides, festis cantate kalendis,

VIII 8 *cf.* Quint. inst. or. I 11, 19 9sqq. *cf.* Prop. II 1, 7sqq. *(Ohlsen 29 Bürger Herm. 40, 330[2])* 13 Prop. IV 2, 19sqq. 15—20 Tib. II 2, 13—16 *cont. Bürger*

---

210 Quandocunque F, Inquem(n)cun(m)que AV *Ber.* ς, In quencumque hominum Q, In quodcumque hominum ς

VIII (= IIII 2) Laus Sulpic(t)ie ad deum martem. Ɍca. AV *Ber.* 3 (*inde a* tu). 4 *et ex* 13 Vertūnus *hab. Fris.* 1 ſ Vlpicia V 3 Sed y 4 Neç *Ber.* 7 quidquid: d *in* c A 8 furtim: u *ex parte i. corr.* V 10 est *om.* m^1, *add.* m^2 *i. m.*; *ante* ueneranda *add. al. atram.* e (= euenerande) *in Ber.* 11 tytia *ex* tyria V 14 habet (ht) Qς *Plant.*, hūc AV *Ber.*[1], hic *Ber.*[2] *i. m.* decentior m^1, decenter m^2 *Ber.* 19 conchas ς *(ex Tib. II 4, 30?)*

et testudinea Phoebe superbe lyra.
hoc sollemne sacrum multos haec sumet in annos:
dignior est vestro nulla puella choro.

IX (= IV 3).

Parce meo iuveni, seu quis bona pascua campi
seu colis umbrosi devia montis aper,
nec tibi sit duros acuisse in proelia dentes,
incolumem custos hunc mihi servet Amor.
sed procul abducit venandi Delia cura:
o pereant silvae, deficiantque canes!
quis furor est, quae mens, densos indagine colles
claudentem teneras laedere velle manus?
quidve iuvat furtim latebras intrare ferarum,
candidaque hamatis crura notare rubis?
sed tamen, ut tecum liceat, Cerinthe, vagari,
ipsa ego per montes retia torta feram,
ipsa ego velocis quaeram vestigia cervi,
et demam celeri ferrea vincla cani.
tunc mihi, tunc placeant silvae, si, lux mea, tecum
arguar ante ipsas concubuisse plagas:
tunc veniat licet ad casses, inlaesus abibit,
ne Veneris cupidae gaudia turbet, aper.
nunc sine me sit nulla Venus, sed lege Dianae,
caste puer, casta retia tange manu,

---

hec
23 haec sumet F, hoc sumet Ayς, multos hoc sumet: s *in multos ex corr., post* multos *spat. 1 vel 2 litt., in spatio ras.*, hec *m*[2] V, hoc summet *Ber.*, sũmet *unus*, sumat ς, fumet ς, celebretur Q *pauci* ς 24 nostro *Ber.* c(h)oro ς, t(h)oro AV *Ber.* yς, festo .. toro *Cartault*

IX (= IV 3) Sulpicia ad cherint(h)um AV *Ber. ex* 10 Hāmatis *hab. Fris.* 1 P Arce V campis Qς 2 umbrosia, a *del. m*[2] V 3 praelia F, pectore AV *Ber.* ς, pectora ς *p.* 4 *lac. stat. Postg.* 5 adducit *ssc.*[2] b V 7 est? quae V, est? // quae: *eras., ut vid.* o A, est? o qua *Ber.*, est] o ς, aut ς 13 (c)er(u)i: *i. r.* A 18 Ne V[2] *i. m.* Qς, Da AV[1] *Ber.* 19 Nunc ς, Tunc AV *Ber.* ς 20 Caster *Ber.* tange Fy *et plerique,* tende *pauci* ς

et quaecumque meo furtim subrepit amori,
  incidat in saevas diripienda feras.
at tu venandi studium concede parenti
  et celer in nostros ipse recurre sinus.

X (= IV 4).

Huc ades et tenerae morbos expelle puellae,
  huc ades, intonsa Phoebe superbe coma.
crede mihi, propera, nec te iam, Phoebe, pigebit
  formosae medicas adplicuisse manus.
effice ne macies pallentes occupet artus,
  neu notet informis pallida membra color,
et quodcumque mali est, et quidquid triste timemus,
  in pelagus rapidis evehat amnis aquis.
sancte, veni, tecumque feras, quicumque sapores,
  quicumque et cantus corpora fessa levant,
neu iuvenem torque, metuit qui fata puellae
  votaque pro domina vix numeranda facit.
interdum vovet, interdum, quod langueat illa,
  dicit in aeternos aspera verba deos.
pone metum, Cerinthe: deus non laedit amantes.
  tu modo semper ama: salva puella tibi est.
21 nil opus est fletu: lacrimis erit aptius uti,
22   si quando fuerit tristior illa tibi.
17 at nunc tota tua est, te solum candida secum
  cogitat, et frustra credula turba sedet.

X (= IV 4) Prop. II 28 *cont. Bürger Herm. 40, 330*[2]

---

21 At F   subiecit *vel* surrepit y, subrep[e2]it V, surrepet *sing.* ς   22 Indicat y

X (= IV 4) Ad phebum pro cherinto egrotante. ℞ca. AV *Ber.*   1 h Vc V   2 phebe superbe coma *i. r.* A, phe[be2] V   3 nec iam te Qς   6 candida *Itali, sed cf. Vah. Opusc. I 360 (ibidem ad 23)*   8 rabidis A *Ber.*   eueat A[1] *Ber.*[1], deuehat *Heins., cf. Ovid. a. a. III 386*   10 leuent Q   12 facit: f *ex corr.?* V   13 mouet A[1], *corr.*[2], *Ber. sing.* ς   15. 16. 21. 22. 17. 18 *pos. Itali*   17 Ac A *Ber.*

Phoebe, fave: laus magna tibi tribuetur in uno
   corpore servato restituisse duos.
iam celeber, iam laetus eris, cum debita reddet
   certatim sanctis laetus uterque focis.
tunc te felicem dicet pia turba deorum,
   optabunt artes et sibi quisque tuas.

XI (= IV 5).

Qui mihi te, Cerinthe, dies dedit, hic mihi sanctus
   atque inter festos semper habendus erit.
te nascente novum Parcae cecinere puellis
   servitium et dederunt regna superba tibi.
uror ego ante alias: iuvat hoc, Cerinthe, quod uror,
   si tibi de nobis mutuus ignis adest.
mutuus adsit amor, per te dulcissima furta
   perque tuos oculos per Geniumque rogo.
mane Geni, cape tura libens votisque faveto,
   si modo, cum de me cogitat, ille calet.
quod si forte alios iam nunc suspiret amores,
   tunc precor infidos, sancte, relinque focos.
nec tu sis iniusta, Venus: vel serviat aeque
   vinctus uterque tibi, vel mea vincla leva.
sed potius valida teneamur uterque catena,
   nulla queat posthac quam soluisse dies.

---

20 *cf.* Prop. II 28b, 41. 42 Ovid. am. II 13, 15
XI (= IV 5) 3 *cf.* Tib. I 7, 1 5 *cf.* Tib. II 5, 110 13 *cf.* Ter. Eun. 91 *(Leo Plaut. Forsch.*[2] *145)* 15. 16 *cf.* Prop. II 15, 25

XI (= IV 5) Ad cherintum de eius natali atque amore et demum oratio ad uenerem. ℞ca. AV *Ber.* 1 Qui mihi F, Est qui A *Ber.*, e[2] St V 3 puellis *ex* puellae *m*[2] V, puellae *sing.* ς 4 dederunt ς, dederant AV *Ber.* yς 6 Si tibi ne de AV[1] *Ber.*[1], ne *del.* V[1] *Ber.*[2] 9 Mane AV *Ber.* yς, Magne *vel* Alme *Itali* 10 calet *Itali*, uolet F, ualet ω (*etiam* y) 11 suspirat ς 12 Tum ς 16 quam *Ber.*[2] *i. m.* ς *Plant.*, posthac [illegible] soluisse: *lac. 2 vel 3 litt., in lac. ras., in qua vid. fuisse* q . . A, que *Ber.*[1], *lac., sed nulla ras. in* V, nos V[2] *sup. lin.* CQyς, exsoluisse *pauci* ς, hanc *Roßberg*

optat idem iuvenis quod nos, sed tectius optat:
nam pudet haec illum dicere verba palam.
at tu, Natalis, quoniam deus omnia sentis,
adnue: quid refert, clamne palamne roget?

XII (= IV 6).

Natalis Iuno, sanctos cape turis acervos,
quos tibi dat tenera docta puella manu.
tota tibi est hodie, tibi se laetissima compsit,
staret ut ante tuos conspicienda focos.
illa quidem ornandi causas tibi, diva, relegat,
est tamen, occulte cui placuisse velit.
at tu, sancta, fave, neu quis divellat amantes,
sed iuveni quaeso mutua vincla para.
sic bene conpones: ullae non ille puellae
servire aut cuiquam dignior illa viro.
nec possit cupidos vigilans deprendere custos,
fallendique vias mille ministret Amor.
adnue purpureaque veni perlucida palla:
ter tibi fit libo, ter, dea casta, mero.
praecipit et natae mater studiosa, quod optet:
illa aliud tacita iam sua mente rogat.
uritur, ut celeres urunt altaria flammae,
nec, liceat quamvis, sana fuisse velit.

---

17 tectius *Itali*, tutius *plerique, etiam* y 18 h(a)ec V^{2} *Ber.* Q ς, hic AV^{1} 20 referẹt V = Q ς, refet A, refer *Ber.* ne . ne ς, ue . ue AVy, ne .. ue *Ber.*

XII (= IV 6) Ad iunonem recom(m)endatio puellae. ℞ca. AV *Ber.* 3 Tota tibi ... tibi *cf. 10, 17* 5 ornandi ς, orandi AV *Ber.* C 7 neu quis F, ne nos AV *Ber.* y ς, neue id ς 8 Si m^{1}, Sed m^{2} *Ber.* 9 ulli *sing.* ς 10 cuiquam Q ς, cuidam AV *Ber.* C ς 13 que *om.* AV *Ber. sing.* ς perlucida *ssc.*^{2} e V 14 fit ς, sic AV *Ber.*, sit CQ ς 15 Praecepit *Ber.* quid ς optet ς, optat AV *Ber.* y

sis iuveni † grata, veniet cum proximus annus,
hic idem votis iam vetus adsit amor.

SULPICIA

XIII (= IV 7).

Tandem venit amor, qualem texisse pudori
quam nudasse alicui sit mihi fama magis.
exorata meis illum Cytherea Camenis
attulit in nostrum deposuitque sinum.
exsoluit promissa Venus: mea gaudia narret,
dicetur si quis non habuisse sua.
non ego signatis quicquam mandare tabellis,
ne legat id nemo quam meus ante, velim,
sed peccasse iuvat, voltus conponere famae
taedet: cum digno digna fuisse ferar.

---

19 Sis F, Si AV *Ber.* Cyς, Sic ς, Sit ς iuueni: *sup.* e *aliquid vid. eras.* V grata *def. K. P. Schulze W. f. kl. Ph. 1885 Nr. 19, cf. Beitr. I 22* aduenîet yς, et *vel* ac ueniet ς, ut ueniet *Eberz* sic iuueni gratum, ueniet *Statius,* sit iuueni grata, et ueniet *Heyne,* sis Iuno grata ac *Gruppe,* si iuueni gratae ueniet *Lachm.,* si iuueni gratum, ueniet *Rigler,* sit iuueni gratum: ueniet *Müller,* sit iuueni grata, ut *Otto Z. f. G. W. 1885, 225, alii alia vel sim.* 20 uobis *Cartault,* iunctis *Schulze* iam ratus *Prien* ad(s)sit *Ber., sed* as *i. r.,* Qς *Plant.,* esset AV, ut sit ς *Statius,* exstet *Baehr. Cartault*

XIII (= IV 7) Gratulatio ad uenerem de amoris obtentu. ℞ca. AV *Ber. carmen sitne cum praecedentibus an insequentibus coniungendum, viri docti valde inter se dissentiunt; cf. nunc Portium Philol. 81, 446* 1 *bis scriptus et ante et post inscriptionem; priore loco recentissima m. ante* tandem *et post* pudori va . . . . . . cat A t Andem V pudori A *priore loco Ber.* ς, pudori: i *in* e A *posteriore loco,* pudore, *sed ex scriptura apparet scribam haesisse, scriberetne* e *an* i Vς, pudore *defend. Schuster 22, Helm Ph. W. 1925, 1113, aliter Holland 926* 2 Q(uam *i. r.*) A

6 sua F, suam AV *Ber.* ς 8 Ne ς, Me AV *Ber.* ς, Vt *Itali* id] ut *pauci* ς nemo *Ber.*[2] Qς, uenio AV *Ber.*[1] ς, *ad* nemo *cf. Rothst. ad Prop. II 19, 32* mens quoniam ante V quam *Ber.* ς, q̃m (= *quoniam*) meus A uelim *i. m. m*[2] uenit V

XIV (= IV 8).

Invisus natalis adest, qui rure molesto
et sine Cerintho tristis agendus erit.
dulcius urbe quid est? an villa sit apta puellae
atque Arretino frigidus amnis agro?
iam, nimium Messalla mei studiose, quiescas,
neu tempestivae saepe † propinque viae.
hic animum sensusque meos abducta relinquo,
arbitrio quamvis non sinis esse meo.

XV (= IV 9).

Scis iter ex animo sublatum triste puellae?
natali Romae iam licet esse tuo.
omnibus ille dies nobis natalis agatur,
qui nec opinanti nunc tibi forte venit.

XVI (= IV 10).

Gratum est, securus multum quod iam tibi de me
permittis, subito ne male inepta cadam.
sit tibi cura togae potior pressumque quasillo
scortum quam Servi filia Sulpicia:

XIV (= IV 8) Sulpitia ad Messallam F, *ut vid., cf. Hiller Rh. M. 29, 106,* Sculpicia messale AV, Sulpicia Messale *Ber.* 1 J Nuisus V qu(i): *i. r.* A 3 puellis Q ς 4 arretino V^2 *i. m.* $Ber.^3$, aretino AV^1ς, eretino ς 6 Neu AVς, heu V^2, Non *Ber.* ς, *num* intempestiuae? *v. nondum sanatus, quamquam multa adhuc temptata sunt, cf. Schuster 23 sq.* 8 quam(n)uis AV *Ber.* ς, quoniam ς, quam uis *Statius* sinit *Statius*

XV (= IV 9) Ad Thor$\overset{3}{a}$tum (theoratum V, Thorratum *Ber.*) de natali die. ℞ca. AV *Ber., sim.* ς, at cherinctum *add. unus* ς 1 ſ Cis V 2 iam licet F, non sinet AV *Ber.* ς, non sinit ς tuo F AV *Ber.* ς, tuae ς, suo *Itali*, meo *Huschke, cf. Schuster 24 sq.* 3. 4 *recte traditos esse neg. Postg.*

XVI (= IV 10) De sculpicia. ℞ca. AV, De *(comp.)* sulpicia. Rubrica *Ber.* 1 g Ratum V tibi y ς, mihi AV *Ber.* ς 2 Promittis ς 3 Si ς quas illo V^1, $coniunx.^2$, *Ber.* Q, canistro $Ber.^3$

solliciti sunt pro nobis, quibus illa doloris
  ne cedam ignoto, maxima causa, toro.

XVII (= IV 11).

Estne tibi, Cerinthe, tuae pia cura puellae,
  quod mea nunc vexat corpora fessa calor?
a ego non aliter tristes evincere morbos
  optarim, quam te si quoque velle putem.
at mihi quid prosit morbos evincere, si tu
  nostra potes lento pectore ferre mala?

XVIII (= IV 12).

Ne tibi sim, mea lux, aeque iam fervida cura,
  ac videor paucos ante fuisse dies,
si quicquam tota conmisi stulta iuventa,
  cuius me fatear paenituisse magis,
hesterna quam te solum quod nocte reliqui,
  ardorem cupiens dissimulare meum.

---

5 doloris *Rigler*, dolori est ω 6 Ne Qς, Nec AV *Ber.* ς cedam *Statius*, credam ω cura *sing.* ς thor$\overset{o}{a}$ *Ber.; de hoc disticho cf. Schuster 28 sq.*

XVII (= IV 11) Ad cherint(h)um. ℞ca. AV *Ber.* 1 e St V pia cura *Itali*, placitura AV *Ber.* ς, placiture V^2 2 Q *corr.* m^1, *ut vid. in* Qui V, Qui Qς 3 Ha A *Ber.*^{1} 4 sic V^2Qς *Plant.* 5 At Fy, Ha A *Ber.*^{1}, Ah V *Ber.*^{2}Qς, Nam ς, An *Cartault* si V^2ς, qu$\overset{si}{o}$d *Ber.*^{2}, quid AV^1 *Ber.*^{1}yς, cum ς 6 lento F *sing.* ς, l(a)eto A *Ber.*, lęçto V ferr$\overset{e}{a}$ *Ber.*

XVIII (= IV 12) *cum priore coniungunt omnes fere libri, cf. ad Lygd. (III) 6, 64* 1 Ne AV *Ber. (priore loco)* Q *(posteriore l.)* ς, V^2 *Ber. (poster. l.)*, Nec AV^1 *(poster. l.)*, Q *(prior. l.)* sim AV^1 *Ber. (poster. l.)*, sit AVς *(prior. l.)*, V^2 *(poster. l.)*, sed *Ber. (prior. l.)* iam AV *Ber. (poster. l.)*, tam AV *(prior. l.)*, tum *Ber. (prior. l.)* 2 Ac FAV *Ber.* y, Vt Q *(prior. l.)*, At Q *(poster. l.)* uideor FAV *Ber. (prior. l.)*, Q *(poster. l.)*, uideas AV^1 *Ber. (poster. l.)*, uideo V^2 *(poster. l.)*, Q *(prior. l.)* 3 commissa Q *(prior. l.)* 5 solam Q *(prior. l.)*

TIBULLUS

XIX (= IV 13).

Nulla tuum nobis subducet femina lectum:
hoc primum iuncta est foedere nostra Venus.
tu mihi sola places, nec iam te praeter in urbe
formosa est oculis ulla puella meis.
atque utinam posses uni mihi bella videri!
displiceas aliis: sic ego tutus ero.
nil opus invidia est, procul absit gloria vulgi:
qui sapit, in tacito gaudeat ille sinu.
sic ego secretis possum bene vivere silvis,
qua nulla humano sit via trita pede.
tu mihi curarum requies, tu nocte vel atra
lumen, et in solis tu mihi turba locis.
nunc licet e caelo mittatur amica Tibullo,
mittetur frustra deficietque Venus.
hoc tibi sancta tuae Iunonis numina iuro,
quae sola ante alios est mihi magna deos.
quid facio demens? heu heu mea pignora cedo.
iuravi stulte: proderat iste timor.

XIX (= IV 13) 3 tu mihi sola places *forte consonat cum* Prop. II 7, 19 *et* Ovid. a. a. I 42, *unde nihil concludendum* 11 Ovid. trist. IV 10, 118 12 C. I. L. X 378* = C. L. E. 1786 B.

XIX (= IV 13) Alloquitur puellam et amasiam innominatam. Rca. AV *Ber. de Tib. auctore non est, quod dubitemus, falso Postgate Journ. of Philol. IX 1880, 280 sqq.* 1 n Vlla V 2 uincta ς 3 mihi V^2 *i. m. et unus* ς, modo A *(comp.)* V^1 *Ber.* Cy te iam yς 5 possis ς 6 sic] tunc ς 7 est *om.* Qς 8 ille Cς, ipse AV *Ber.* yς 9 possim *unus apud Broukh.* 15 Hoc A *Ber.* Cς, Hec Vς, Nec y, Haec per *Plant., sed i. m. impr.* 'S (= *Statius*) tibi', *adscr. Scal.* Hec tibi *ex Cuiac.; cf. Rothst. 48 Hiller Ph. Anz. XIV 29 Illm. 41* 16 sola est, *sed* est *del. Ber.* mihi F, *ut vid., sed non constat: Scal. in Castig.* '*Lege* mihi, *ut habent libri nostri*', tibi AV *Ber.* ς *Plant., sed i. m. impr.* 'S. mihi'; tibi *def. Wilhelm Jahrb. f. Phil. 1895, 127, sed cf. Belling Alb. Tib. 58*[1] digna ς 17 cedo F *Ber.* Cς, cede Q *Voss. 5 i. m.* credo, credo AVς 18 proderat F, prodeat ω ille ς

nunc tu fortis eris, nunc tu me audacius ures:
hoc peperit misero garrula lingua malum.
iam faciam quodcumque voles, tuus usque manebo,
nec fugiam notae servitium dominae,
sed Veneris sanctae considam vinctus ad aras.
haec notat iniustos supplicibusque favet.

XX (= IV 14).

Rumor ait crebro nostram peccare puellam:
nunc ego me surdis auribus esse velim.
crimina non haec sunt nostro sine facta dolore:
quid miserum torques, rumor acerbe? tace!

DOMITI MARSI

Te quoque Vergilio comitem non aequa, Tibulle,
Mors iuvenem campos misit ad Elysios,
ne foret aut elegis molles qui fleret amores
aut caneret forti regia bella pede.

VITA

Albius Tibullus, eques Romanus, insignis forma cultuque corporis observabilis, ante alios Corvinum Mes-

---

XX (= IV 14) 1—4 Ovid. am. III 14, 1—2 2 Prop. II 20, 13

---

19 ạures *Ber.* 22 Ne ς not(a)e V[2]Q *sing.* ς, noto AV[1] (o expunxit *m*[1], *ut vid.*) 23 considam ς, confidam AV *Ber.* ς iunctus AV 24 Haec V[2]ς, Nec AV[1]

XX (= IV 14) Tetrasticon de infamia sue puelle. ℞ca. AV *Ber.* *v.* 2 *exstat in Fris.* 1 r Vmor V 2 me ω, te *Fris.* 3 carmina y[1], carmina *et* crimina *alibi quoque saepissime inter se confunduntur, cf. e. g. Ovid. trist. I 1, 23. II 3. 9* facta: *cf. Lachm. Kl. Schr. II 147*

DOMITI MARSI F *(Scal. Castig.)*, Epi(y)t(h)aphium Tibulli ℞ca. AV *Ber.* 1 t E V uirgilio AV *Ber.* 2 iuuem *ssc.* *m*[2] ne V 3 elegis V, elegis: i *i. r.* *m*[2] A, elegos *Ber.*, elego *nonnulli* ς molles *Ber. i. r.* 4 Vt *Ber.*

VITA *vita deest in Ber.* 1 Ro. *uel* Romanus ς, regalis AV[1], regius *ssc.* V[2], R. e. Gabiis *Baehrens*, Pedanus *Hiller*, R. elegis insignis *S. Allen*, *in* egalis *latere* aequalis, *quod post* alios *ponend.*

salam † originem dilexit, cuius etiam contubernalis Aquitanico bello militaribus donis donatus est. hic multorum iudicio principem inter elegiographos obtinet locum. epistolae quoque eius amatoriae, quamquam breves, omnino utiles sunt. obiit adolescens, ut indicat epigramma supra scriptum.

PRIAPEA

I.

Vilicus aerari quondam, nunc cultor agelli,
  haec tibi Perspectus templa, Priape, dico.
pro quibus officiis, si fas est, sancte, paciscor,
  adsiduus custos ruris ut esse velis,
improbus ut si quis nostrum violabit agellum,
  hunc tu sed tento: scis, puto, quod sequitur.

---

esse censet, ci. Postg. 3 originem AV, origine Q, oratorem ς, oratorem insignem *Holzer*, oratorem ingenue *Postg.*, oratorem unice *Purser*, oratorem bilinguem *Michaelis Philol. 73, 375* etiam AV, et ς 4 aquitanico ς, equitanico AV 5 multorum iudicio: *cf. Quint. inst. X 1, 93* inter elegiographos princeps est habitus. Adulescens obijt, *reliqua desunt* Q 8 epigramma: *post* a *del., ut vid.* s A supra scriptum ς, superscriptum AV

In ultim. cod. A *pag. haec inscripta sunt:* Liber Colucij pyeri Cancellarij florentini˜ *(˜ al. m. paulo rec.).* Liber Cofme Johannif de Medicif. Nunc ů Laurentij ac Joanif Petri Francisci de Medicis Ñ LVIII.

I *de codd. cf. praef.; accedunt apographa lapidis Patavini C. I. L. V 2803 = C. L. E. 861 B.* 1 Vil(l)icus aerari quondam *lapis et* (F), Aerari quondam custos ς 2 Perspectus *Scal., nomen aliunde non notum, cf. Otto Fleckeis. Jahrb Suppl. 24, 749 sqq.,* perspectus = *cognitus, probatus maluerunt Mommsen et Buech.,* perspectus *adiung. vocativo* Priape *Niedermann,* Respectus *Reinesius* 3 officieis *lapidis schedae aliquot* 5 uiolabit *lapis et ed. Ven.,* uiolarit *cett. edd. inde ab Id.,* de F *nihil notum* 6 tento *lapis prob. Vollm.; „subaudi fascino"; de* sed *cf. Vollm. ad Stat. silv. V 5, 42, qui etiam cont. Plaut. Mil. 1092 Pseud. 216 et non bene Verg. ecl. 3, 9, J. B. Hofmann, Lat. Umgangsspr. 53,* taceo F *cf. Ovid. her. 20, 51,* teneo *Reinesius*

II.

Quid hoc novi est? quid ira nuntiat deum?
silente nocte candidus mihi puer
tepente cum iaceret abditus sinu,
Venus fuit quieta, nec viriliter
iners senile penis extulit caput.
placet, Priape, qui sub arboris coma
soles sacrum revincte pampino caput
ruber sedere cum rubente fascino?
at, o Triphalle, saepe floribus novis
tuas sine arte deligavimus comas
abegimusque voce saepe, cum tibi
senexve corvos impigerve graculus
sacrum feriret ore corneo caput.
vale, nefande destitutor inguinum,
vale Priape: debeo tibi nihil.
iacebis inter arva pallidus situ,
canisque saeva susque ligneo tibi
lutosus affricabit oblitum latus.
at, o sceleste penis, o meum malum,

II 1 qđ *(= quod)* M nuntia V *ed. Venet.* 2 Silenti M, Silecte V 3 abdita n, abditus est V 5 penis *om.* V 6 comis ς *ed. Venet.* 7 reuincte *Scal., cf. ad Tib. I 7,53,* reuinctus (F) B M H V pampinus n[1] 8 Rubis V 9 tripalle F, priape B M H V 11 cum sepe H[1], *ut vid.* 12 Sepexue n Ipingerue H 13 ferireẽ corneo V 14 nefand& B 15 Vade V[1] tibi debeo B[1], debeam H[1] 16 pallidus F (*qui ante fuit* ruber), callidus B M, squalitus V, squal(l)idus *Vrat. ed. Ven.,* semper squalidus H 17. 18 Canisque saeuas usque (saeua susque *Scal.*) ligneo tibi Lutosus affricabit oblitum latus F, Canisue seuus lutosus adfricabit obliquum latus B, Canisue seuus fabricabit oblitum latus M, Canis saeuus usque lin (*ssc.* mingere) aut tibi Fricabit obliquum latus aper lutosus H, Canis ueseuus usq' bene aut tibi fricabit oblicum latus aper lutosus *uno versu* V, Canisue saeuus usque imminget aut tibi Fricabit oblicum latus aper lutosus *scheda Pithoei* 19 At o (hos M) sceleste (-ti n) B M, O sceleste H V *ed. Ven.,* Sceleste ς, *de* F *nihil notum* o meum malum B M H V, o cui meum malum ς *ed. Venet.,* o meum malum graue *scheda Pithoei, de* F *nihil notum*

gravi piaque lege noxiam lues.
licet querare: nec tibi tener puer
patebit ullus, † imminente qui toro
iuvante verset arte mobilem natem,
puella nec iocosa te levi manu
fovebit apprimetve lucidum femur.
bidens amica Romuli senis memor
paratur, inter atra cuius inguina
latet iacente pantice abditus specus
vagaque pelle tectus annuo gelu
araneosus obsidet forem situs.
tibi haec paratur, ut tuom ter aut quater
voret profunda fossa lubricum caput.
licebit aeger angue lentior cubes,
tereris usque, donec, a miser miser,
triplexque quadruplexque compleas specum.
superbia ista proderit nihil, simul
vagum sonante merseris luto caput.

---

20 *hab.* FBM, *om.* HV *scheda Pithoei* ς *ed. Venet. Ald.* lege noxiam F, lege noxias BM 22 imminente BMHV *(de F nihil notum)*, ingemente *Schoppe*, intremente *Bae.*, in nitente *Vollm.*, *„an* eminente, *scil. ut pueri nates commode pateant peni lignei amasii?" (Fraenkel)* 23 arte *Vrat. ed. Venet.*, ante BMHV 24 iocosa te V, iocos ate B, loco sate M, iocosa (*om.* te) H leni V 25 Fauebit V ac p̄metue H lubricum *scheda Pith.*, lucianū *corr. in* lucidum n 26 memor] me V 27 acra V, arua *ed. Venet.* 28 Latet iacente pancie (pantice *Scal.*) abditus specu (-us *Scal.*) F, *om.* BMHV *Vrat. ed. Ven.* 29 Vagaque *Scal.*, Vacuaque (F) BMHV *Vrat.* annuo F, inguinum (-iñ V) BMHV *Vrat.* geli B 30 Harenosus H forem BMV, fores H *ed. Venet.* 31 paratur (H), parantur BMV *Vrat. ed. Venet.* terrauit M, t. a. q. *om.* V 32 Vorat M 33 Licebit hebes *ed. Venet.*, Hebes licebit *ed. Ald.* angue lentior F, angue lenior BM, aut languentior HV *Vrat. edit. Venet. Ald.*, aut dolentior *ed. Argent. 1520* 34 Tereris *Vrat.*, Terreris BMH, Terens V, Haeres et *ed. Venet.*, Gemes et *ed. Argent. 1520* donec *om. ed. Venet.* a BM, ha HV
35 comple aspectum M 37 merseris *ed. Venet.*, merserit BM *Vrat.*, inmerseris HV luto caput BH, caput luto MV *Vrat. ed. Venet.*

quid est, iners? pigetne lentitudinis?
licebit hoc inultus auferas semel:
sed ille cum redibit aureus puer,
simul sonante senseris iter pede,
rigente nervos excubet lubidine
et inquietus inguina arrigat tumor
neque incitare cesset usque dum mihi
Venus iocosa molle ruperit latus.

---

38 Quid est BHV, Quidem M, Quid *ed. Venet.* pigetne HV *ed. Venet. Ald.*, pigetque BM, pigerque *Vrat.* latitudinis V 39 afferas semeliṣ H 42 Rigente F, Repente BMHV *Vrat. ed. Venet.* neruos BMHV *Vrat. ed. Venet Ald.*, neruus [F?] *ed. Argent.* excubet F, excitet BMHV *Vrat. ed. Venet.* lubidine F, libidine BMV, libidines H 43 inguina arrigat (-et *ed. Venet.*) *ed. Venet. Ald.*, inguine rigat B, inguina erigit M, inguina dirigat HV, inguina erigat *Vrat. Voss.* 44 Neque incitare FBM, Neque mutare V *ed. Venet. Ald.*, Et (*ssc.* non) mitare H cesset F, possit BMHV *ed. Venet.* 45 reperit V

I. INITIA CARMINUM

II. INDEX NOMINUM